

553

T. CICERO

DE FINIBUS


BONORUM


ET MALORUM


—  
1480

70

Page 325  
N 70











Faint, illegible text or markings in the lower central portion of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Cat. 65

218459614









M. T. Ciceronis de finibus bonorum & malorum ad Brutum. L. primus.

NON ERAM NESCIUS BRUTE: CVM  
quæ summis ingenius exquisitaq; doctrina  
philosophi græco sermone tractauissent: ea la-  
tinis litteris mandaremus: fore ut hic noster  
labor in uarias reprehensiones incureret. Nam quibusdã  
& iis quidem non admodum in doctis totum hoc displi-  
cet philosophari: Quidam autem non id tantum repre-  
hendunt: si remissius agatur: sed tantum studium: tamq;  
multam operam in eo ponendam non arbitrantur. Erunt  
etiam & hi quidem eruditi græcis litteris contemnentes  
latinas qui se dicant in græcis legendis operam male con-  
sumere. Postremo aliquos futuros suspicor: qui me ad ali-  
as litteras uocent genus hoc scribendi & si sit elegans per-  
sone: tamen & dignitatis esse negent. Contra quos omnes  
dicendum breuiter existimo. Quãquam philosophiæ qui-  
dem uituperationibus satis responsum est eo libro:  
quo a nobis philosophia defensa est collaudata & quũ  
esset accusata & uituperata ab Hortensio qui liber cum &  
tibi probatus uideretur: & his quos ego posse iudicare ar-  
bitrari: plura suscepui: ueritus ne mouere hominum studia  
uiderer: retinere non posse. Qui autem si maxime hoc pla-  
ceat: moderatius tamen id uolunt fieri: difficilem quandã  
temperantiam postulant in eo: quod semel iammissum  
coerceri reprimiq; non potest. Ut propemodum iustiori-  
bus utamur illis qui omnino auocent a Philosophia: quã  
his qui rebus infinitis modum constituent: in req; eo me-  
liore quo maior sit: mediocritatem desiderent. Siue enim  
ad sapientiam perueniri potest: non paranda nobis  
solum ea: sed fruenda etiam sapiëntia est: Siue hoc diffici-  
le est: tamen nec modus est ullus inuestigandi ueri: nisi in-  
ueneris: & quaerendi defatigatio turpis est: quum id quod  
quaeritur sit pulcherrimum. & enim si delectamur quum  
scribimus: quis est tam inuidus: qui ab eo nos abducat: si



laboramus: quis est qui alienae modū statuat industriae?  
Nam ut Terentianus Cremes nō in humanus: qui nouū  
uicinum non uult fodere: aut arare: aut aliquid ferī deniq;  
Non. n. illum ab industria sed ab illiberali labore deterri &  
sic isti curiosi quos offendit noster minime nobis iucun-  
dus labor. His igitur est difficilīus satisfacere: qui se lati-  
na scripta dicunt contemnere: in quibus hoc primum est  
in quo admittit cur in grauissimis rebus non delectet eos  
patrius sermo: quum uidem fabellas latinas aduerbum  
de graecis expraestas non inuiti legant. Quis enim tam  
inimicus penae nomini romano est qui Ennii Medea;  
aut Antiopam Pacuuii spernat: aut reiciat: qui se Euripi-  
dis fabulis delectari dicat latinas litteras oderit? Syne-  
phebos ego inquit potius Ceciliū aut andriam Terentii: q̄  
utranq; Menandri legam: a quibus tantum dissentio. ut  
cum sophocles uel optime scripserit. Electram tamen ma-  
le conuersam Atilii mihi legendum putem: de quo licini-  
us ferreum scriptorē: uerum opinor: scriptorem tamē  
ut inde legendus sit: Rudem enim esse omnino ī nostris  
poetis aut inertissimae segnitiae est: aut fastidii delicatissi-  
mi. Mihi quidem nulli satis eruditi. uidentur: quibus  
nostra ignota sunt. At ut ne in nemore nihilo minus legi-  
mus q̄ hoc idem graecum. Quae autem de bene beateq;  
uiuendo a Platone disputata sunt: haec explicari non pia-  
cebit latine: Quod si nos non interpretum fungimur  
munere: sed tuemur ea quae dicta sunt ab his quos pro-  
bamus: eisq; nostrum iudicium & nostrum scribendi or-  
dinem adiungimus: Quid habent: cur graeca anteponat  
his quae & splendide dicta sint: neq; sint cōuersa de grae-  
cis: Nam si dicerent ab illis has res esse tractatas: ne ipsos  
quidem graecos est cur tam multos legant. q̄ legendi sūt  
Quid enim est a Chrysippo praetermissum ī Stoicis legi-  
mus tamen diogenem Antipatrum Mnesarchū Panetiū  
multos alios ī primisq; familiarē n̄rum Possidonū. Quid  
Theophrastus: mediocriter ne delectat quū tractat locos  
ab aristotile ante tractatos? Quid Epicurei: nam delistūt

de eisdem de quibus & ab Epicuro scriptū est & ab anti-  
quis ad arbitrium suum scribere? Quod si graeci legunt  
a graecis iisdem de rebus alia ratione compositis: quid est  
cur nostri a nostris non legantur? quāquam si plane sic uete-  
rem Platonem aut Aristotelem: ut ueterunt nostri poetae  
fabulas male credo mererer de meis ciuibus si ad eorum  
cognitionem diuina illa ingenia transferrem: sed id neque  
feci adhuc. nec mihi tamē ne faciā interdīctū puto loquos  
quidem quosdam si uidebitur transferam & maxime ab  
his quos modo nominaui cum: inciderit ut id apte fieri  
possit ut ab Homero. Ennius Affranius: a Menandro so-  
let. Nec enim ut noster Lucilius recusabo quo minus om-  
nes mea legant. Utinam esset ille Persius Scipio uero &  
Rutilius multo etiam magis quorum ille iudicium re-  
formidans Tarentinis ait: se & Consentinis & Siculis  
scribere facete is quidem sicut alias: sed nec tam docti tu-  
nc erant ad quorum iudicium elaboraret & sūt illius scri-  
pta leuiora: ut urbanitas summa appareat: doctrina medi-  
ocri. Ego autem quem timeam lectorem: quum ad te ne  
graecis quidem cedentem in philosophia audeam scri-  
bere? Quāquā a te ipso id quidem facio prouacatus gra-  
tissimo mihi libro: quem ad me de uirtute misisti sed ex  
eo credo: quibusdam uenire usu ut abhoreant a latinis: quod  
inciderint in inculta: quaedam & horida de malis graecis  
latine scripta deterrius. Quibus ego assentior dummo-  
do de eisdem rebus ne graecos quidem legendos putent  
res uero bonas uerbis electis grauiter ornateque dictatas  
non legat: nisi qui se plane graecum dici uelit. ut a Sceuo  
la est praetor salutatus athenis Albutius: quem quidem  
locum cum multa uenustate & omni sale idem Lucilius  
apud quem praeclare Sceuola.  
Graecum te albuti quā romanum atque sabinum.  
Municipem Pontii titi anni centurionum.  
Praeclarorum hominum ac primorum signiferumque.  
Maluisti dici graece ergo praetor Athenis.  
Quod id maluisti te cum ad me accedis saluto.

Chere inquam tite lictores turma omnis chorusq;  
Chere Tite hinc hostis Mutii Albutius hinc inimicus.  
Sed iure Mutius.

Ego autem mirari non queo unde hoc sit insolens domesticarum rerum fastidium non est omnino hic docendi locus: sed ita sentio & saepe disserui latinam linguam non modo non inopem ut uulgo putarent: sed locupletio rem etiam esse quam graecam. Quando enim uel nobis dicam: aut oratoribus bonis: aut poetis postea quidem quam fuit quem imitarentur. ullus oris uel copiose uel elegantis ornatus defuit? Ego uero cum forensibus operis laboribus periculis non deseruisse mihi uideor praesidium: in quo a. po. ro locatus sim: Debeo profecto quantumcumque Possim in eo quoque laborare: ut sint opera studio labore meo doctiores ciues mei nec cum istis tantopere pugnare qui graeca legere malint. modo legant ipsa illa. ne simulent & his seruire quam uel utrisque litteris uti uelint: uel si suas habent: illas non magnopere desiderent. Quid autem alia malunt scribi a nobis aequi esse debent quam & scripta multa sunt sicut plura nemini e nostris: & scribentur fortasse plura si uita suppetet & tamen qui diligenter haec quae de philosophia litteris mandamus legere assueuerit: iudicabit nulla ad legendum his esse potiora. Quid est enim in uita tantopere quaerendum quam cum omnia in philosophia: tum id quod uis libris quaeritur quid sit finis: quid extremum quid ultimum: quo sint omnia bene uiuendi recteque faciendi consilia referenda: quid sequatur nostra natura ut summum ex rebus expetendum: quid fugiat ut extremum malorum? Qua de re cum sit inter doctissimos summa dissentio: quis alienum putet eius esse dignitatis: quam mihi quisque tribuit: quid in omni munere uitae optimum & uerissimum sit exquirere? An partus ancillae sit ne in fructu habendus differat inter principes ciuitatis. P. sceuolam. M. manilium ab hisque M. Brutus dissentiet: quod & acutum genus est & ad usus ciuium non in utile. Nosque ea scripta reliquaque eiusdem generis & legimus libenter & legemus: haec quae

uitam continēt omnem negliguntur: na; ut sint illa: uen-  
dibiliora: haec uberiora certe sunt: q̄q̄ id quidē licebit his  
aestimare qui legerint: Nos autē hanc omnem quaestio-  
nem de finibus bonorum & malorum fere a nobis expli-  
catam esse his litteris arbitramur: in quibus quantum po-  
tuimus: non modo quid nobis probaretur: sed etiam qd  
ī singulis philosophiae disciplinis diceretur persecuti su-  
mus. Vt autē a facillimis ordiamur prima ueniat in medi-  
um Epicuri: ratio: quae plerisq; notissima est: quam a no-  
bis sic intelliges expositam ut ab his qui eam disciplina;  
probant non soleat accuratius explicari. Verum enim in-  
uenire uolumus non tanq̄ aduersarium aliquem conuin-  
cere. Acurate autem quōdam a. L. Torquato homine om-  
ni. doctrina erudito defensa est Epicuri sententia de uo-  
luptate. a meq; ei responsum: cum. C. Triarius in primis  
grauis & doctus adulescens ei disputationi interesset. Na;  
cum ad me in cumanum salutandi causa uterq; uenisset &  
pauca primo inter nos de litteris quarum summum erat  
in utroq; studium deinde Torquatus quoniam nacti  
te inquit sumus aliquando ociosum certe audiam quid  
sit quod Epicurum nostrum non tu quidem oderis ut  
fere faciunt qui ab eo dissentiunt sed certe non probes e-  
um quem ego arbitror unum uidisse uerū maximisq; er-  
roribus animos hominum liberauisse: & omnia tradidit  
se quae pertinent ad bene beateq; uiuendum sed existi-  
mo te sicut nostrū Triarium min⁹ ab eo delectari quod  
ista Platonis Aristotelis Theophrasti ornamenta ora-  
tionis neglexerit nam illuc quidem ad duci uix possum  
ut ea quae senserit ille tibi non uera uideantur uide quā-  
tum in quā fallere Torquate oratio me isti⁹ philorophi  
nō offendit nā & complectitur uerbis quod uult & dicit  
plane quod intelligam & tamen a philosopho si afferat  
eloquentiam non asperner si non habeat non admo-  
dum flagitem Re mihi non eque satisfecit & quidem lo-  
cis pluribus sed quot homines tot sententiae falli igitur  
possumus. Quāobrem tandem inquit nō satisfacit. Te. n.



iudicem aequum puto: modo quae dicat ille bene notis.  
Hic mihi phaedrum inquam: mentitum aut Zenonem  
putas quorum utrunque audiui quum mihi nihil sane  
praeter sedulitatem probarent. Omnes mihi Epicuri scē-  
tiae fati nota sunt: atque eos quos nominavi cum Attico no-  
stro frequenter audiui cum miraretur ille quidem utrumque: Phae-  
drum autem & amaret: quotidieque inter nos ea quae audie-  
bamus: conferebamus ne quae erat unquam controversia:  
quod ego intelligerem: sed quid probarem quod igitur est igitur  
est inquit: audire. n. cupio quod non probes. Principio inquam  
in quibus physicis quibus maxime gloriatur primum totus est alie-  
nus: Democrito adiecit per pauca mutas: sed ita ut ea quae cor-  
rigere uult mihi quidem deprauare uideatur. Ille Atomos  
quas appellat id est corpora indiuidua propter soliditatem  
esset infinito inani: in quo nihil nec summum nec infimum  
nec medium: nec ultimum: nec extremum sit: ita ferri ut  
concurfionibus inter se cohaerescant: ex quo efficiantur ea  
quae sint: quaeque cernantur omnia: eumque motum At-  
morum nullo a principio: sed ex aeterno tempore intelli-  
gi conuenire. Epicurus autem in quibus sequitur demo-  
critum non fere labitur: quamquam utriusque cum multa non  
probo: tum illud in primis: quod cum in rebus natura duo  
quaerenda sint: unum quae materia sit ex quo quaeque res  
efficiatur: alterum quae uis sit quae quicquid efficiat de ma-  
teria differuerunt: uim & causam efficiendi relinquerunt  
sed hoc commune uitium: Ille Epicuri propriae ruinae Cen-  
setin. eadem illa indiuidua & solida corpora ferri suo deor-  
sum pondere ad lineam. hunc naturalem esse omnium cor-  
porum motum deinde ibidem homo acutus cum illud oc-  
curreret si omnia deorsum ex regione ferrentur: & ut dixi  
ad lineam: nunquam fore ut Atomus altera alteram posset at-  
tingere: Itaque attulit rem commentitiam: declinare dixit  
Atomum per Paulum quo nihil posset fieri minus: ita ef-  
fici complexiones & copulationes & ad haesitationes ato-  
morum inter se: ex quo efficeretur mundus: omnes-  
que partes mundi quaeque in eo essent. Quae quum res

rota ficta sit pueriliter: tum ne efficit quod uult nam & ip-  
sa declinatio ad libidinē fingitur ait enim declinā Atō-  
mum sine causa quo nihil turpius physico: q̄ fieri sine ca-  
usa. quicq̄ dicere. Et eū motū naturalē omnium pondera  
ut ipse constituit e regione inferiorem locum petentium  
sine causa eripuit Atomis: nec tamen id cuius causa haec  
finxerat assecutus est nam si omnes Atomi declinabunt  
nullae unq̄ cohaerescunt siue aliae declinabunt aliae suo  
nutu recte ferentur primum erit hoc quasi prouincias A-  
tomis. dare q̄: recte quae oblique ferantur de ideo eadem illa  
Atomorum: in quo etiam Democritus habent turbulenta  
concurfusio: hunc mundi ornatum efficere non poterit: ne  
id quidem est credere aliquid esse minimum: quod pro-  
fecto nunq̄ putauisset si a Polytaeno familiari suo geome-  
triam dicere maluisset. quam illam etiam ipsum dedocere  
Sol Democrito magnus uidetur: q̄ppe homini erudito in  
geometriaq̄ perfecto: huic bipedalis fortasse tantum eni  
esse censet quantus uidetur uel paulo aut maiorem: aut  
minorem. Ita mutat ea quae corrumpit: quae sequitur:  
quae sūt tota Democriti. Atomi inanes imagines: quae  
Idola nominant: quorum incurfionem non solum uidea-  
mus sed etiam cogitemus: infinito ipsa quam apriam uo-  
cant: tota ab illo est. tum innumerabiles Mundi qui &  
orientur & intereant quotidie: Quae & si mihi nullo  
modo probantur: tamen Democritum laudatum a cae-  
teris: ab hoc qui eum unum secutus esset nollem uitupera-  
tum. Iam in altera philosophiae partae quae est quae-  
rendi ac differendi: quae logice dicitur: iste uester plane:  
ut mihi quidem uidetur inermis ac nudus est. Tollit dif-  
finitiones: nihil de diuidendo: ac partiendo docet: non  
quomodo efficiatur concludaturq̄ ratio tradit non qua  
uia captiosa soluantur ambigua distinguantur: ostendit:  
Iudicia rerum in sensibus Ponit quibus si semel aliquid  
falsi pro uero probatum sit. sublatum esse omne iudiciū  
ueri & falsi putat confirmat autē illud uel maximeq̄: ip̄a  
natura ut ait ille asciscat & reprobet idest uoluptatem &

dolorem: Ad haec & quae sequamur & quae fugiamus re-  
fert omnia: quod quae Aristippi est: a Cyrenaicisq; melius  
liberiusq; defenditur: tamen eiusmodi esse iudico: ut nil  
homine uideatur indignius: Ad maiora enim quae  
nos natura genuit & confirmauit: ut mihi qui-  
dem uidetur. Ac fieri potest ut errem: Sed ita profus existi-  
mo neq; eum Torquatum qui hoc primus cognomē iuene-  
rit: aut torquē illum hosti detraxisse: ut aliquā ex eo perci-  
peret corpore uoluptatem: aut cū latinis tertio consulatu  
confluxisse apud uesuuiū propter uoluptatē: Quod uero  
secuti percusserit filium: priuauisse se etiam uidetur mul-  
tis uoluptatibus: quum ipsi naturae patrio quoq; amor  
praetulerit ius maiestatis atq; imperii. Quid L. Torqua-  
tus: is qui consul cum G. Octauio fuit: quum eā seuerita-  
tem in eo filio adhibuit: quem in adoptionem D. Sylla  
no manciparat: ut eum Macedonum legatis accusantibus  
quod pecunias praetorem in prouincia caepisse arguerēt:  
causā apud se dicere iuberet. neq; ex utraq; parte audita: p-  
nunciaret eum non talem uideri fuisse in imperio: quales  
eius maiores fuissent: & in conspectū suū uenire ueruit.  
Nūquid uidetur tibi de uoluptatibus suis cogitauisse: s; ut  
omittam pericula. labores dolorem etiam quem optius  
quisq; pro patria & pro suis suscipit: ut non modo nullā  
capret: sed etiam praetereat omnes uoluptates dolores de-  
niq; quos uis suscipere malit: quam deserere ullam offi-  
cii partem: ad ea quae hoc non minus declarant: sed ui-  
dentur leuiores ueniamus. Quid tibi Torquate: quid  
huic Triario: littere: quid historiae. cognitioq; rerum:  
quid poetarum euolutio: quid tanta tot uersuum memo-  
ria uoluptatis affert: Nec mihi illud dixeris. Haec eni;  
ipsa mihi sunt uoluptati: & erant illa Torquatis. Nūquā  
hoc ita defendit Epicurus: neq; uero tu aut quisq; eorum  
qui aut saperet aliquid aut ista didicisset. Et quod quae-  
ritur saepe cur tam multi sunt Epicuri: sunt aliae quoq;  
causae: sed multitudinem haec maxime allicitiq; ita putat  
dici ab illo recta & honesta quae sint: ea facere ipsa per se

laetitiam idest uoluptatem homines optimi non intelli-  
gunt totam rationem euertere: si ita se res habeat. Nam  
si concederet: & si ad corpus nihil referatur: ista sua sponte  
& per se esse iocunda: per se esset & uirtus & cognitio rerum:  
quod minime ille uult: expetenda haec igitur Epicuri non  
probo inquam: de caetero uellem aequidem aut ipse do-  
ctrinis fuisset instructior. Est enim quod ita tibi uideri ne-  
cesse est: non satis politus his artibus quas mihi tenent: eru-  
diti appellantur: Aut ne deteruisset alios a studiis: quoniam te  
quidem uideo minime esse deterritum. Quae cum dixisset  
magis ut illum prouocarem: quam ut ipse loquerer. Tum tria-  
rius leniter ardens Tu quidem inquit totum Epicurum  
pene e philosophorum choro sustulisti quid ei reliquisti:  
nisi te quoque ut eodem modo loqueretur intelligere quid di-  
ceret aliena dicit in physicis: nec ea ipsa quae tibi probantur:  
sed si qua in his corrigere uoluit: deteriora fecit. differens  
artem nullam habuit uoluptatem quum summum bo-  
num diceret primum in eo ipso parum uidit deinde hoc  
quoque alienum: Nam ante Aristippus: & ille melius. & n.  
quoniam detractis de homine sensibus: addidisti ad ex-  
tremum etiam in doctum: fuisse fieri inquam o Triari  
nullo pacto potest ut non dicas quid non probes eius a  
quo dissentias. Quid enim me prohiberet Epicureum esse  
si probarem quae diceret ille: quum praesertim illa perdi-  
scere ludus esset. Quamobrem discerentium: interse-  
praehensiones non sunt uituperandae: maledicta contu-  
meliae tum iracundiae contentiones concertationesque in  
disputando pertinaces indignae philosophia mihi uideri so-  
lent. Tunc Torquatus inquit prorsus assuetior: neque n. disputari  
sine repraehensione: nec cum iracundia aut pertinacia recte  
disputari potest. Sed ad haec: nisi molestum est: habeo  
quae uellem: At me inquam nisi te audire uellem: censes haec  
dicturum fuisse. Vtrum igitur percurri omnem Epicuri  
disciplinam placet: an de una uoluptate quaeri de qua  
omne certamen est: tuo uero id quidem arbitratu sic fa-  
ciam igitur inquit unam rem explicabo eamque maximam

de physicis alias & quidem tibi & declinationem istam  
Atomorum & magnitudinem solis probabo & Democri  
ti errata ab Epicuro repraehensa: & correcta per multa: nunc  
dicam de uoluptate nihil scilicet noui ea tamen quae te  
ipsum probaturus esse confidam: Certe inquam pertinax  
non ero: Tibique si mihi probabis ea quae dices libenter as  
sentiar. probabo inquit modo ista sis aequitate qua ostē  
dis: sed uti oratione perpetua malo quam interrogare aut inter  
rogari ut placet inquam tunc dicere exorsus est Primum igitur  
inquit agam sic ut ipsi auctori huius disciplinae pla  
cet: Constituam quid & quale sit id de quo quaerimus:  
non quod ignorare uos arbitretur: sed ut ratione uia procedat  
oratio. Quaerimus igitur quid sit extremum: quid ulti  
mum bonorum: quod omnium philosophorum senten  
tia tale debet esse: ut ad id omnia referri oporteat ipsum  
autem nusquam hoc Epicurus in uoluptate ponit: quod sum  
mum bonum esse uult: summumque malum dolorē: idque  
instituit docere sic. Omne animal simulatque natum sit uo  
luptatem appetere: eaque gaudere ut summo bono: dolorē  
aspernari: ut summum malum: & in quantum possit a se  
repellere: idque facere nondum deprauatum ipsa natura in  
corrupte atque integre iudicante. Itaque negat opus esse ratio  
ne: neque disputatione quamobrem uoluptas expetenda:  
fugiendus dolor sit: Sentiri hoc putat ut calere ignem: ni  
uem esse albam: dulce mel: quorum: nihil oporteret exqui  
sitis rationibus confirmare: tantum satis esse admonere in  
teresse enim inter argumentum conclusionemque rationis  
& inter mediocrem animaduersionem atque admonitionē  
altera occulta quaedam & quasi inuoluta aperiri: altera  
prompta & aperta iudicari & enim quoniam detractis de  
homine sensibus reliqui nihil est: necesse est quid aut ad  
naturam aut contra sit a natura ipsa iudicari uolupta  
tem etiam & per se expetendam esse & dolorem ipsum  
per se esse fugiendum. & quid praecipit aut quid  
et dicat quo aut petat: aut fugiat: aliquid praeter uolup  
tatem & dolorem? Sunt autem quidam e nostris

qui haec subtilius uelint tradere: & negent satis esse quid bonum sit: aut quid malum sensu iudicari: sed animo & acratione intelligi posse: & uoluptatem ipsam per se esse expetendam: & dolorem ipsum per se esse fugiendum: Ita quod aiunt hanc quasi naturalē atque insitam in animis nostris in esse rationem: ut alterum esse appetendam: alterum aspernandum sentiamus: Alii autem quibus ego assentior: quum a philosophis compluribus permulta dicuntur: cur nec uoluptas in bonis sit numeranda: nec in malis dolor: non existimant oportere nimium nos causae confidere: sed & argumentandum & caute differendū: & rationibus conquisitis de uoluptate & dolore disputandum putant. Sed ut perspiciatis unde omnis iste natus sit error uoluptatem acusantium doloremque laudantium: totam rem appetam: eaque ipsa quae ab illo inuentore ueritatis & quasi Architecto beatae uitae dicta sunt explicabo. Nemo enim ipsam uoluptatem quia uoluptas sit aspernatur: aut oderit: aut fugiat: sed quia consequuntur magni dolores eos qui ratione uoluptateque saepe qui nesciunt. Neque porro quisquam est qui dolorem ipsum quia dolor sit amet: consetetur: adipisci uelit: sed quia non nunquam eiusmodi tempora incidunt: ut labore & dolore magnam aliquam quaerant uoluptatem ut enim ad minima ueniamus quis nostrum exercitationem ullam corporis suscipit laboriosam nisi: ut aliquid ex ea commodi consequatur? Quis autem uel eum iure reprobauerit qui in ea uoluptate uelit esse qua nihil molestiae consequatur uel illum qui dolorem eum fugiat quo uoluptas nulla pariat? At uero eos: & accusamus: & iusto odio dignissimos ducimus: qui blanditiis praesentium uoluptatem deliniti atque corrupti quos dolores: & quas molestias excepturi sunt occaecati cupiditate non prouident similique sunt in culpa qui officia deserunt mollitiae animi id est laborum & dolorum fuga & harum quidem rerum facilis est & expedita distinctio. Nam libero tempore quum soluta nobis est eligendi optima cumque nihil impedit quo minus id quod maxime place

at facere possimus: omnis uoluptas assumenda est: omnis dolor depellendus. Temporibus autem quibusdā & aut officiis debitis: aut rerum necessitatibus saepe eueniet: ut & uoluptates repudiandae sint: & molestiae non recusandae. Itaq; earum rerum hic tenetur a sapiente delectus: ut aut reiiciendis uoluptatibus maiores alias consequatur: aut perferendis doloribus asperiores repellat. Hāc ego quum teneam sententiam: quid est cur uerear ne ad eam nō possim accomodare Torquatos nostros: quos tu paulo antea tum memoriter: tum etiam erga nos amice & beniuole collegisti. Nec me tamen laudandis maioribus meis corripuisti: Nec segniorem ad respondendum redidisti quorum facta quemadmodum quaeso interpretaris? Ciccine eos censes aut in armatum hostem impetum fecisse: aut in liberos: aut in sanguinem suum tam crudeles fuisse nihil ut de utilitatibus: nihil ut de commodis suis cogitarent. At id ne ferae quidem faciunt ut ita ruant itaq; turbentur ut earum motus & impetus quo perineant non intelligamus. tu tam egregios Viros censes tantas res gessisse sine causa. Quae fuerit causa mox uidero. Interea hoc tenebo si ob aliquam causam: ista quae sine dubio praeclara sunt fecerint: uirtutem his ipsam per se e causam non fuisse torquem detraxit hosti: & quidem se texit ne ierret: At magnum periculum adiit: in oculis quidem exercitus. Quid ex eo est consecutus? Laudem & caritatem: quae sunt uitae sine metu degendae praesidia firmissima. Filium in morte mulctauit si sine causa: nollem me ab eo ortum tam inopportuno tāq; crudeli: sin ut dolore suo sanciret militaris imperii disciplinam exercitumq; in grauissimo bello animaduersionis metu contineret. saluti prospexit ciuiū qua intelligebat contineri suam: Atq; ad haec ratio satis patet. In quo. n. maxime cōsueuit iactare uestra se oratio: tua praesertim qui studiose antiqua persequeris: claris & fortibus Viris cōmemorandis: eorumq; factis non emolumento aliquo: sed ipsius honestatis decore laudandis: Id totum evertitur eo delectu rerum quē

modo dixi cōstituto: ut aut uoluptates omittātur maiorū  
uoluptatum adipiscēdā causa: aut dolores suscipiantur  
maiorū dolorū effugiēdōz gratia. Sed de clarorū hominū  
factis illustribus & gloriosis satis hoc loco dictū sit erit. n.  
iam de omniū uirtutū cursu ad uoluptatē pprius differē  
di locus: nūc aut explicabo uoluptas ipsa quæ qualisq; sit  
ut tollat oīs error ī peritorū. Intelligatq; ea quæ uolupta  
ria: delicata mollis habeatur disciplina: q̄ grauis q̄ conti  
nēs q̄ seuera sit. Nō enim hanc solā sequimur quæ suau  
itate aliqua naturā ipsā mouet & cū iocūditate quadam p  
cipitur lētibus: sed maximā illā. uoluptatē habem⁹ quæ p  
cipit̄ omni dolore de tracto: Nā quoniā cū priuamur do  
lore ipsa liberatōe & uacuitate oīs molestie gaudemus om  
ne aut id quo gaudemus uoluptas est: ut omne quo offen  
dimur dolor. Doloris oīs priuatio recte est nominata uo  
luptas. Vt. n. cū cibo & potione fames sitisq; depulsa ē: ip  
sa de tractio molestiæ cōsecutiōe affert uoluptatis sic in oī  
re doloris amotio successione efficit uoluptatis: Itaq; non  
placuit picuro mediū esse quidquam iter dolore; & uo  
luptatē. Illud enī ipsū quod q̄busda; uidetur cum omni  
dolore caret non modo uoluptatem esse: sed etiam sum  
mā uoluptatem & quisquis enim sentit quemadmodum  
sit affectus cū necesse est aut in uoluptate esse: aut ī dolore.  
Omni aut priuatione doloris putat Epicurus terminari  
summam uoluptatem: ut postea uariari uoluptas distin  
guiq; possit: augeri amplificariq; non possit: At etiam athe  
nis ut a patre audiebam facere & urbane stoicos arriden  
te: statua est in ceramico Chryssippi sedentis porrecta ma  
nu quæ manus significet: Illum in hac esse rogatiuncula  
delectatum: Numquid nam manus tua sic affecta quem  
admodum affecta nunc est desiderat? nihil sane: at si uo  
luptas esset bonum desideraret: ita credo. non est igitur  
uoluptas bonum: hoc ne statuam dicturam quidem pa  
ter aiebat: si loqui posset uerum: Conclulum ē. n. cōtra Cy  
renaicos satis acute: nihil ad Epicurū: Nā si ea sola uolup  
tas esset quæ quasi titilaret sensus: ut ita dicam & ad eos  
cum suauitate afflueret: & illaberetur: nec manus esse



contenta posset ulla uacuitate doloris sine iucundo mo-  
tu uoluptatis. sin aut sūma uoluptas ē ut Epicuro placet  
nihil dolere: Primū tibi recte Chrylippe concessū est nihil  
desiderare manū: cū ita esset affecta: secundū: non recte: si  
uoluptas esset bonum: fuisse desideraturā: Iccirco enim nō  
desideraret: q̄a quod dolore caret id in uoluptate est extre-  
mum aut esse bonorum uoluptatem ex hoc facillimae p̄-  
spici potest: Constituamus aliquē magnis multis perte-  
tuis fruētem & animo & corpore uoluptatib⁹: nullo do-  
lore nec impediēte nec impendente: quem tandē hoc sta-  
tu: aut praestabiliore: aut magis expeten dū possumus dice-  
re? Inesse. n. necesse ē in eo q̄ ita sit affectus & firmitatem  
animi nec mortem nec dolorem timētis: q̄ mors sensu ca-  
reat: dolor in lōginitate leuis in grauitate breuis soleat  
esse ut eius magnitudinē celeritas: diuturnitatē alleuatio  
consoletur ad ea tum accedit: ut neq; diuinum numen ho-  
reat: nec praeteritas uoluptates effluere patiatur: earumq; af-  
sidua recordatione letetur: Quid est quod huc possit qd̄  
melius sit accedere? Statue cōtra aliquem cōfectum tātis  
animi corporisq; doloribus: quanti in hominem maxi-  
mi cadere possunt: nullaspe proposita fore leuius aliquā  
do praeterea nec praesenti: nec expectata uoluptate: Quid  
eo miserius dici: aut fingi potest? q̄ si uita doloribus refer-  
ta maxime fugienda est: summum profecto malum est ui-  
uere cum doloribus: Cui sententiā consentaneū ē ultimū  
ēē bonorū cū uoluptate uiuere: Nec. n. habet nostra mens  
quicū ubi consistat tāq̄ in extremo. Omnesq; & metus &  
ægritudines ad dolorē referūtur: Nec praeterea est res ulla  
q̄ sua natura aut sollicitate possit aut tangere praeterea  
& appetēdi & fugiendi: & omnino rerum gerēdaḡ initia  
p̄ficiscunť: aut a uoluptate aut a dolore quod quū ita sit  
p̄spiciū ē oēs rectas res atq; laudabiles eo referri: ut cū uo-  
luptate uiuatur. Quoniā aut id ē uel summū bonorū: uel  
ultimū: uel extremum quod graeci telos nomināt q̄ ipm  
nullam ad aliam rem ad id aut res ferunt omnes fatēdū

ē sūmū esse bonū iocunde uiuere. Id q̄ in una uirtute po-  
nūt & splēdore nominis capiti: qd̄ natura postulet nō itel-  
ligēt: errore maxio si Epicurū audire uoluerit: liberā ē istae  
n. uestrae eximiae pulchraeq; uirtutes: nisi uoluptates effi-  
cerēt: quis eas aut laudabiles aut expetēdas arbitraretur?  
Vt. n. medicorū sciētia nō ipsius artis: sed bone ualitudinis  
causa p̄bamus: & gubernatoris ars q̄a bene nauigandi rō-  
nē habet: utilitate: non arte laudatur: Sic sapientia q̄ ars ui-  
uēdi putāda ē: nō expetere ē si nihil efficeret: nunc expetē  
q̄ est tanq̄ artifex cōgrēdae & cōparādae uoluptatis. Quā  
aut̄ dicam uoluptatem iā uidetis: ne inuidia uerbi labefa-  
ctetur oratio mea nā cū ignoratione rerū bonarū maxie ho-  
minū uita uexet: ob eūq; errorē & uoluptatibus maximis  
saepe priuenē: & prauissimis: & ai dolorib; tot queantur:  
sapientia ē adhibenda: quae & terroribus cupiditatibusq;  
detractis: & oīum falsarū opinionum temeritate direpta:  
certissimam se nobis ducem praebet ad uoluptate. Sa-  
pientia. n. ē una quae incertitiam pellat ex aīs: quae nos  
exhorrescere metu nō sinat: qua praeceptrice in tranquilli-  
tate uiui potest: omniū cupiditarum ardore restincto. Cu-  
piditates n. sunt insatiabiles: quae nō modo singulos ho-  
mines: sed uniuersas familias euertunt: totā & labefactāt  
rēp. excupiditatibus odia. discidia. discordiae. seditiōes. bel-  
la nascuntur: Nec hae sese foris solū iactāt: nec tātū ī ali-  
os caeco ipetu incurrūt: sed intus & ī aīs iclusae iter se dissi-  
dēt atq; discordāt. Ex quo uitā amarissimā necesse ē effici  
ut sapiens solū āputata circūcilaq; inanitate oī & error: na-  
turae finibus cōtēt? sine aegritudinē possit & sine metu ui-  
uere. Quae est. n. aut utilior aut ad bene uiuendum aptior  
p̄titio q̄ illa: qua ē usus Epicurus: q̄ unū gen; posuit earū  
cupiditarū: quae essent & naturales & necessariae: Alterum:  
quae naturales eēt nec tātū necessariae: Tertū quae nec  
naturales nec necessariae: quarū ea rō est: ut necessariae  
nec opera multa: nec ipēsa expleant: Ne naturales quidē  
multa desiderāt p̄pterea qd̄ ipa nata diuitias qbus contē-  
ta sit & p̄biles & temeritas habet. Inanium autem cupidi

tantum nec modus ullus nec finis inueniri potest. Quod si uitā omnem perturbari uidemus errore & i scitia: sapien-  
tiāq; esse solā quæ nos a libidinū īpetu: & formidinū terro-  
re uīdicet: & ipsius fortunæ modeste ferre: doceat īiurias: &  
oēs uias quæ ad quietem & tranquillitatē ferāt: Quid est  
cur dubitem? dicerē & sapiētiā ppter uoluptatē expetēdā &  
īsiptiā ppter molestias eē fugiendā: eadēq; ratōe ne tēpe-  
ratiā qdē ppter se expetēdā eē dicem? sed qa pacē aīs affe-  
rat: & eos quasi cōcordia quadā placet ac leniat. Tēperātia  
ē n. quæ in rebꝫ aut expetēdis: aut fugiēdis ut ratiōe sequa-  
mur monet. Nec. n. satis ē iudicār quid faciēdū nō faciēdū  
ue sit: sed stare & oportet ī eo quod sit iudicatū. Pleriq; at  
quod tenere atq; seruare id quod statuerūt: nō possunt ui-  
cti & debilitati obiecta specie uoluptatis tradunt se libidi-  
nibus cōstringēdos: Nec quid prouenturu; sit prouident  
obeāq; causā ppi uoluptatē & puam & nō necessariam: &  
quæ uel aliter pararetur: & qua & careē possent sine dolorū  
tum in morbos graues: tū in damna: tū in dedecora incur-  
rūt: Sæpe & legū: Iudiciorūq; pœnis obligantur. Qui at  
ita frui uolūt uoluptatibus: ut nulli propter eas dolores cō-  
sequatur: & qui suū iudiciū retinēt ne uoluptate uicti faci-  
ant id quod sentiūt nō eē faciēdū: hi uoluptatē maximā  
adipiscuntur p̄termittēda uoluptate idē & dolorem sæpe  
p̄petiuntur: ne si id nō faciāt icidāt ī maiorem. Exquo in-  
telligitur nec ī tēperantiam ppter se fugiendā eē tēperatiā  
q; expetēdā nō qa uoluptates fugiat: sed qa maiores cōseq-  
tur. Eadē fortitudinis rō reperiet. Nā neq; laborꝫ perfūctio-  
ne p̄pessio dolorꝫ p se ipsa allicit: nec patiētia. nec assiduita-  
tes nec uigiliæ. nec ea ipsa quæ laudat̄ īdustria. nec fortitu-  
do quidē: sed ista sequimur ut sine cura: metuq; uiuamus  
animūq; & corpus quātū efficere possumꝫ molestia libere  
mus. Vt n. mortis metu omnis q̄et & uitæ status perturbat̄  
& ut succūbere: doloribus: eosq; humili animo imbecil-  
loq; ferre m̄ serum est: obeāq; debilitatē animi multi parē-  
tes reliqueūt multi amicos: nō nulli patriā: pleriq; at se ip-  
sos penitꝫ pdiderūt: sic robustus aīus & excelsus omni est

liber cura : & angore & mortē cōtemnit qua qui affecti  
sunt ī eadem causa sunt : qua ante q̄ nati : & ad dolores ita  
parat⁹ : ut meminerit maximos morte finire : puos multa  
habere interualla quietis : mediocriū nos esse dominos :  
ut si tolerabiles sint feramus : si minus aequo animo e ui  
ta : quū ea nō placeat tanq̄ e Theatro exeamus : q̄bus rebus  
itelligitur nec timiditatē ignauit̄q̄ uituperari : nec fortitu  
dinē patiēt̄q̄ laudari suo nomine : sed illas r̄ici : q̄a dolo  
rē pariāt : has optari quia uoluptatē : Iustitia restat ut de oī  
uirtute sit dictum : sed similia fere dici possunt : Vt .n. tem  
peratiā sapientiā fortitudinē copulatas esse docui cū uolu  
ptate : ut ab ea nullo modo nec diuelli nec distrahi possit :  
sic de iustitia iudicādū ē : quae nō modo nunq̄ nocet cuiq̄  
sed cōtra sēp alit quid tum ui sua atq̄ natura : quod trāql  
let aīos : tum spe nihil earum rerum defuturum : q̄s natura  
deprauata desiderat . Q̄ uēadmodū temeritas & libido &  
ignauia sēper animū excruciat : & sēper sollicitāt t̄bulēt̄q̄  
sūt : sic cui⁹ ī mente cōsedit hoc ipso q̄ adest : turbulēta nō  
pōt fieri : & si uero impietas molita quipp̄iam ē quīs oc  
culte fecerit : nūq̄ t̄n cōfidet id fore sēp occultū : Plerūq̄ im  
pborū facta primo suspitio īsequit̄ : deide sermo atq̄ fama  
tum aculator : tū iudex : multi & ut te cōsule ipsi se iudica  
uerūt : Quod si q̄ satis hominū sibi cōtra cōsciēt̄ā septi eē  
& muniti uidēt̄ : deorum tamē horrent : easq̄ ipsas sollicitu  
dines quibus eorū animi noctesq̄ diesq̄ exeduntur a diis  
īmortalibus supplicii causa īportari putant . Quae aut̄ tāta  
ex improbis factis ad uiuendas uitae molestias accessio fie  
ri potest : quanta ad augendas tū cōsciēt̄ia factorū : tū poe  
na legū : odioq̄ ciuiū : & t̄n in quibusdā neq̄ pecuniae mo  
dus est : nec honoris : nec imperiū : nec libidinum : nec epu  
larum : nec reliquarum cupiditatū : quas nulla praeda un  
quam īprobe parta minuit : sed auget potius atq̄ īflāmat :  
ut coercendi magis : q̄ dedocendi esse uideantur . Inuitat  
igitur uera ratio bene sanos ad iustitiam . aequitatē fide :  
Neq̄ homini infanti atq̄ īpotēt̄i iuste facta cōducūt : qui  
nec facile efficere possit : quod conēt̄ : nec obtinere si effece

rit: & opes uel fortunae uel ingenii liberalitati magis cōue-  
niūt qua q̄ utunt̄ beniuolentiā sibi cōciliāt & q̄d aptissi-  
mū ē ad q̄ete uiuendū caritatē p̄ferti cū oīno nulla sit cā  
peccādi. Quae .n. cupiditates a nat̄a p̄ficiunt̄ facile ex-  
plent̄ sine ulla iūria: Quae at̄ ianes sūt: his parēdū nō ē ni-  
hil .n. desiderabile cōcupiscūt: plusq; ī ipsa iūria detrimēti  
ē: q̄ ī his reb; emolumēti: quae iūria pariunt̄. Itaq; ne iu-  
stitiā q̄dē recte q̄ dixerit p̄ se ipsā optabilē: s; q̄ iucundita-  
tis uel plurimū afferat: Nā diligī & cāz esse iucundum ē:  
p̄pteria q̄a tutiorē uitā & uoluptatē efficit pleniorē. Itaq;  
nō ob ea solū icōmoda q̄nae eueniunt ī probis fugiendā  
īprobitatē putamus sed multo: & magis q; cuius ī aīo uer-  
satur nūq; sinit eū respirare nunq; acquiescere. Quod si ne  
ipsarum quidē uirtutū laus in qua maxime caeteroz; phi-  
losophoz; exultat oratio reperire pōt exitum: nisi dirigat̄  
ad uoluptatem: Voluptas aut̄ est sola quae nos uocet ad  
se: & alliciat suapte natura: non pōt esse dubium quin id  
sit summū atq; extremū bonorū; oīum: beateq; uiuere nil  
aliud sit nisi cū uoluptate uiuere. huic certe stabilit̄ sen-  
tentiae quae sint cōiuncta explicabo breuī. Nullus ī ipsis  
error est finibus bonorū; & malorum id est in uolupta-  
te: aut in dolore: sed in his reb; peccāt: quū e quib; haec  
efficiant̄ ignorāt. Animi aut̄ uoluptates & dolores nasci  
fatemur e corporis uoluptatibus & dolorib;: Itaq; conce-  
do quod modo dicebas cedere causae si q; e nostris aliter  
existimant: quos quidē uideo esse multos: sed imperitos:  
Quāq; aut̄ & laetitiam nobis uoluptas animi: & molesti-  
am dolor afferet: eorum tñ utrūq; & ortū esse e corpore &  
ad corpus referri: nec ob eā causā non multo maiores esse  
& uoluptates & dolores animi q̄ corporis: Nam corpore  
nihil nisi praesens & quod adest sentire possumus: Ani-  
mo autem & praeterita: & futura. Vt .n. aequē doleam; aīo  
cū corpore dolemus: fieri tamen p̄ magna accessio pōt si  
aliquid aeternum & infinitum impendere malum nobis  
opinemur: quod idem licet transferre in uoluptatem: ut  
ea maior sit si nihil tale metuamus. Iam illd̄ q̄dē p̄picuū

est maximā animi: aut uoluptatē: aut molestiam: Plus aut  
ad beatam aut ad miseram uitā afferre momētī: q̄ eorum  
utrum uisū si aequē diu sit in corpore Non placet autē de-  
tracta uoluptate egritudinem statī cōsequi: nisi in uolupta-  
tis locum dolor forte successerit: At cōtra gaudere nosmet  
omittendis doloribus: & si uoluptas ea quae sensū moue-  
at nulla successerit: eo itelligi pōt q̄nta uoluptas nō dolo-  
rit. sed ut his bonis erigimur quae expectam⁹: sic lætamur  
his quae recordamur. Stulti autē malorū memoria torquē-  
tur: Sapientes bona praeterita renouata grata recordatiōe  
delectāt: Est autē situm in nobis ut & aduersa quasi perpe-  
tua obliuione obruamus: & secūda iocūde ac suauiter me-  
minerimus: Sed cum ea quae praeterierūt acri aīo & attēto  
ituemur: tūc fit ut aegritudo sequatur si illa mala sint: læ-  
titia si bona praeclearā beate uiuēdi & apertā & simplicē &  
directā uia. Cū. n. certe nihil homini possit meli⁹ esse: q̄ ua-  
care omni dolore p̄fruiq; maximis & aī & corporis uolu-  
ptatibus: uidetis ne quā nihil p̄termittat quod uitā adiu-  
uet & quo facilius id qd̄ propositū ē sūmū bonū cōsequat̄  
Clamat Epicurus is quē uos nīs uoluptatib; eē deditū di-  
citis nō posse iucūde uiui nisi sapiēt̄ hōeste iusteq; uiuat̄:  
nec sapiēter honeste iuste. nisi iucunde: Neq; n. ciuitas in  
seditiōe potest esse beata: nec in discordia dominorum  
domus. Quo minus animus a se ipse dissidens secumq;  
discordans: gustare p̄tē ullam liquide uoluptatis & libere  
potest. Atqui: pugnatibus & contrariis studiis: consiliisq;  
semper utens nihil quieti uidere: nihil tranquilli potest:  
Quod si corporis grauioribus morbis uite iucūditas: in-  
peditur: quanto magis animi morbis impediri necesse  
ē. Animi autē morbi sunt cupiditates immense: & imānes  
diuitiarū glorie: dominationis: libidinosae etiā uoluptatū  
accedunt aegritudines molestiae mærores: qui animos  
exedunt coficiūtq; curis: hominum non intelligentium  
nihil dolendum esse animo: quod sit adolore corporis p̄-  
senti: futuroue seiūctum: Nec uero quisq; stultus nō horū  
morborum aliquo laborat: Nemo igitur ē non miser acce-

dit & mors quae quasi saxum Tātalo: sēper ipēdet. Tū  
superstitio: qua mihi ē ībutus: quietus eē nunquam pōt.  
Praeterea bona praeterita nō meminērūt: praesentib⁹ nō  
fruunt: futura modo expectant: quae quia certa esse non  
possunt. ōficiuntur & angore & metu: maxīeq; cruciāē qu  
um sero sentiunt frustra se aut pecuniae studisse aut īperi  
is: aut opibus: aut gloriae Nullas. n. cōsequunt uoluptates  
quas; potiendi: spe flāmati: multos labores magnosq; su  
lceperant. Ecce alii minuti & angusti: aut oīa semper de  
sperantes: aut maliuoli: inuidi: difficiles: lucifugi: maledi  
ci: monstrosi: alii autem & amatoris laeuitatibus de dicti  
alii petulantes: alii audaces: proterui: id est intemperātes  
& ignaui: nunquam in lententia permanentes: quas ob  
causas in eorum uita nulla est intercapedo molestiae. Igit̄  
nec stultorum quisquam beatus: neque sapientium non  
beatus: Multoque hoc melius nos ueriusq; q̄ Stoici. Illi. n.  
negant bonum quicquam esse nisi nescio quā illam um  
bram: quod appellant honestum nō tā solido q̄splendi  
do nomine: Virtutem aut̄ nixam hoc honesto nullam re  
quirere uoluptatem: atq; ad beate uiuendum se ipsam esse  
contentam: sed possunt haec quadam ratione dici nō mō  
non repugnantibus uerum & approbantibus nobis. Sic  
enim ab Epicuro sapiens semper beatus inducitur finitas  
habet cupiditates: negligit: mortem: de diis immortalib⁹ sic  
ullo metu uera sentit: non dubitat si ita meli⁹ sit migrare  
de uita his reb⁹ instruct⁹ sēper ē ī uoluptate. Neq; enim tē  
pus ē ullū quo nō plus habeat uoluptatū q̄ dolorū: Nam  
& praeterita grate meminit. & p̄sētib⁹ ita potit: ut ai aduer  
tat quanta sint ea quae iucunda: Neq; pendet ex futuris  
sed expectat illa fruitur praesentibus ab hisque uitis quae  
pauloante collegi abest plurimum: & quū stultorū uitam  
cum sua cōparat: magna afficitur uoluptate dolores aut̄  
si qui incurrunt: nunquā uī tantā habent. ut non plus ha  
beat sapiens: quod gaudeat: quā q̄ āgatur. Optie uero Epi  
curus q̄ exiguā dicit fortunā interuenire sapiēti maxīalq;  
& ab eo grauissimas cōsilio ipsius: & ratiōe administrari:  
nec maiorem uoluptatem ex infinito tempore aetatis

Percipi posse q̄ ex hoc percipiat: qd̄ uideamus esse finitu; In dialectica aut̄ uestra nullā uia existimat esse nec ad melius uiuendū: nec ad cōmodius disserēdū: Imphysicis qd̄ cū plurimū possint: ea scientia & uerborū uis: & natura orationis: & cōsequētū repugnātiūue ratio: potest p̄spici. Omnium aut̄ rerū natura cognita leuamur superstitiōe liberamur mortis metu: nō cōturbamur igōratiōe rerū ex qua ipse horribiles existūt sepe formidines: Deniq; & morati melius erimus quū didicerimus que natura desideret: Tū uero si stabilē sciētia rerū tenebimus seruata illa que quasi delapsa de celo ē ad cogitiōē oīū regula: ad quā oīa iudicia rerū dirigēt: nūq̄ ullius rōe uicti sētētia desistemus: nisi aut̄ natura perspecta erit: nullo modo poterimus sensuū iudicia defendere: quicqd̄ porro animo cernimus: id omne oritur a sensibus: qui si omnes ueri erunt ut Epicuri ratio docet: tū denique poterit aliquid cognosci: & recipi: quos qui tollunt: & nihil posse percipi dicunt ii remotis sensibus ne id ipsum quidem expedire possunt: quod differunt praeterea sublata cogitiōe & scientia tollitur omnis ratio & uitae degendae & rerum gerendarum sic ephysicis & fortitudo summitur contra mortis timorē & constantia contra metum religionis: & sedatio animi omnium rerum occultarum ignoratiōe sublata: & moderatio natura cupiditatum: generibusq; earū explicatis & ut modo docui cogitiōis regula & iudicio ab eadem illa constituto: ueri a falso distinctio traditur. Restat locus uel huic disputationi maxime necessarius de amicitia: quā si uoluptas summum sit bonū: affirmatis omnino nullā fore de qua Epicurus quidē ita dicit: Omnium rerū quas ad beate uiuendū sapientia cōparauerit nihil esse maius amicitia: nihil uberius: nihil iucundi⁹ neq; uero hoc oratiōe solum: sed multo magis uita & moribus cōprobauit: Quod q̄ magnum sit: fictae ueterum fabulae declarant: In quib⁹ tam multis tāq; uariis ab ultima antiquitate reperitis tria uix amicorum paria reperiuntur: ut ad Oreste; puenias p̄fectus a Theseo. At uero Epicur⁹ unā in domo: & ea qd̄



angusta: quā magnos: quantaq; amoris cōspiratione cō  
sentientes tenuit amicorum greges? Quod fit & nunc ab  
Epicureis: sed ad rem reddeamus de omnibus dici nō ne  
cesse ē Tribus igitur modis uideo a nostris de amicitia di  
sputatum. Alii cum eas uoluptates quae ad amicos perti  
nerent: negarent esse per se ipsas tā expetēdas: q̄ nostras ex  
peterem⁹: quo loco uidetur quibusdam stabilitas amicitia  
uae uacillare: tumentur tamen eum locum seq; facile: ut mi  
hi uideat̄ expediūt. Vt. n. uirtutes de qb⁹ aīte dictū ē sic ami  
ciciā negāt a uoluptate posse discedere nā quū solitudo &  
uita sine amicis: insidiarū & met⁹ plena sit rō ipsa monet  
amicicias cōparare qb⁹ p̄tis cōfirmat̄ aīus & a spe pariēda  
rū uoluptatū seiūgi nō pōt. Atq; ut odia: iuidia despiciatio  
nes aduersant̄ uoluptatib⁹: sic amicitiae nō mō fautrices  
fidelissimae s; & effectrices sū uoluptatū tā amicis: q̄ sibi q̄  
bus nō solū praesētib⁹ fruunt̄: sed & spe erriguntur cōsequē  
tis ac posterī tēporis: Quod q̄a nullo mō sine amicitia  
firmā & p̄petuā iucūditatē uitae tenere possumus nec ue  
ro ipsā amicitia tueri ipsi: nisi aequae amicos & nos ipsos  
diligam⁹. Idcirco & hoc ipsū efficiēt̄ ī amicitia & amicitia  
cū uoluptate cōnectit̄. Nā & lectamur amicorū letitia aeq̄  
ac nostra & pariter dolemus angoribus. Quo circa eodē  
modo sapiens erit affectus erga amicum: quo in se ipsuz  
quosq; labores propter suam uoluptatem suscepit: eosdē  
recipiet propter amici uoluptatē. Quaeq; de uirtutib⁹ di  
cta sunt: quēadmodum hae semp uoluptatib⁹ inhaerēt ea  
dē de amicitia dicēda sūt. Praeclare. n. Epicurus his pene  
uerbis eadem iqt̄ scientia cōfirmauit aīum ne qd̄ aut sem  
piternum: aut diuturnuz timeret malū: quae p̄spexit ī hoc  
ipso uitae spacio amicitiae praesidiū eē firmissimū. Sunt  
aut̄ quidaz Epicurei timidiores paulo cōtra uestra cōuitia  
s; tñ satis acuti: q̄ uerent̄ ne si amicitiam propter nostram  
uoluptatem expetēdā putem⁹: tota amicitia quasi claudi  
care uideat̄ Itaq; p̄rimos cōgressus: copulationesq; consue  
tudinū instituendatū amicitiarū fieri p̄p̄t̄ uoluptatē Quū  
aut̄ usus p̄grediēs familiaritatē effecerit: tū amorē efflore-

scere tantum ut & si nulla sit utilitas ex amicitia tamē ipsi amici propter se ipsos amentur. & n. si loca: si phana: si urbes: si gymnasia: si campū: si canes: si aequos: si ludicra exercēdi aut uenandi cōsuetudine adamare solemus: quāto id in hominum cōsuetudine facilius fieri poterit & iustus? Sunt autē qui dicunt fœdus quoddā eē sapiētū: ut ne minus amicos qdē: q̄ se ipsos diligāt: Quod & fieri posse intelligim⁹ & saepe. n. uidem⁹: & p̄spiciū ē: nihil ad iucūde uiuendū reperiri posse: quod cōiūctione tali sit apti⁹? Quibus ex oīb⁹ iudicari pōt: nō mō non īpediri rationē amicitiae si summum bonum ī uoluptate ponat: Sed sine hoc īstitutionem amicitiae oīo nō posse reperiri: Quae prop̄ si ea quae dixi sole ipso illustriora & clariora sunt: si oīa dixi hausta e fonte naturae: si tota oratio nostra omnem sibi fidem sensibus confirmat. i. incorruptis atq; integris testibus: si infantes: pueri: mutae & bestiae pene loquunt magistra ac duce natura: nihil esse prosperum nisi uoluptatē nihil aspū nisi dolorē: de qb⁹ neq; de p̄tauate iudicāt: neq; corruptae: nō ne ei maximā gratiam habere debem⁹: qui haec ex audita quasi uoce naturae: sic eā firme grauiq; cōprehēderit: ut oēs bñ sanos ī uia placatae trāqllae getae beatae uitae deduceret? Qui q; tibi pag; uideēt eruditus: ea causa ē: q; nullā eruditionē eē duxit nisi q̄ beatae uitae disciplinā iuuaret. An ille tēp⁹ aut ī poetis eoluēdis (ut ego & Triarius te hortatore fecimus) cōsumeretū qb⁹ nulla solida utilitas oīsq; puerilis delectatio: aut se: ut Plato) ī musicis geometriis: numeris astris cōtereret? Quae & a falsis īitiis p̄fecta uera eē nō possūt: & si essent uera nihil afferent quo iucundius. i. quo melius uiueremus. Eas ergo artes persequeretur: uiuēdi artem tantā: tāq; opōsā & perid fructuosam relinqueret. Nō ergo Epicurus ī eruditus: Sed idocti qui quae p̄ ueros nō didicisse turpe est: ea putāt usq; ad senectutem esse discenda. Quae quū dixisset explicauit iquit sentētiam meā: & eo quidē cōsilio tuū iudiciū: ut cognoscerē. Quae mihi facultas ut ea meo arbitrato facerem: ante hoc tempus nunquam est data.



Explicit liber primus . Incipit . S .

IC quum uterq; me intueretur se seq; ad audiendum significant paratos primū inq; depraecor ne me tāquam philosophum putetis scholaz uobis aliquam explicaturū: quod ne in ipsis qdem philosophis magnopere unquā pbauit: Quādo enim Socrates q; parēs philosophiae dici pōt: q; q̄ tale fecit: eorum erat iste mos: qui tū Sophiste nomina bātur. Quorum e numero prim⁹ est ausus Leontinus Gorgias incōuētū polcerē quaestionem. i. iubere diceſ qua de re quis uellet audire: audax negocium dicerem impudēs: ni si hoc iſtitutum poſtea trāſlatum ad philosophos nostros effect: sed & illum quē nominaui & caeteros Sophistas: ut e Platone intelligi pōt: iustos uideſm⁹ a Socrate: Is. n. percōtando atq; iſterrogādo elicere solebat eorū opinionē: quib⁹ cum diſſerebat: ut ad haec quae hi reſpondiſſēt si quid uideretur dicere. Qui mos quum a poſterioribus nō eſſet reſtentus Arcelilas eum reuocauit: iſtituitq; ut hi qui ſe audire uellēt non de ſe quærerēt: ſed ipſi dicerēt quid ſentirent: Quod quum dixiſſent: ille contra: ſed qui audiebant quoad poterāt defendebāt ſniam ſuam apud cæteros aut philosophos: q; qui ſiuit aliquid tacet. Quod qdē iam fit etiam in Academia. Vbi. n. is qui audire uult ita dixit uoluptas mihi uidetur eſſe ſūmum bonū: perpetua oratiōe contra diſputat. ut facile iſtelligi poſſit: eos qui aliquid ſibi uideri dicāt: nō ipſos in ea ſentētia eſſe: ſed audire uelle cōtaria. Nos cōmodius agimus: non. n. ſolum Torquat⁹ dixit quid ſentiret ſed etiam cur. Ego aut arbitror. q̄q; admodū delectatus ſum eius oratione ppetua tamen commodius quum in rebus ſingulis inſiſtas & intelligas quid quisq; concedat: Quid apnuat: ex rebus conſeſſis concludi qd uelis & ad exitum perueniri: Quum enim fertur quaſi torrens oratio: quamuis multa cuiuſq; modi rapiat nihil tamen teneas: nihil apprehendas nuſquam orationē rapi

dicat: ego non intelligo ut scias me intelligete primum idem esse uoluptatem dico quod ille hedonen: Et quidē saepe quaerimus uerbum latinum par graeco: & quod idē ualeat hic nihil fuit quod quaeremus: nullum in ueniri potest quod magis idem declaret latine quod graece: quod declarat uoluptas: Huic uerbo omnes qui ubiq; sunt qui latine sciūt duas res subiciunt laetitiam ī animo: commotionem suam iocunditatis in corpore: nam & ille apud trabeam uoluptatem animi laetitiam nimiam dicit eāde; quam ille Cecilianus qui omnibus laetitias laetum esse se narrat. sed hoc interest quod uoluptas dicitur & in animo uitiosa res: ut Stoici putant qui eā sic definiunt sublatione animi sine ratione opinantis se magno bono frui. Nō dicitur laetitia: nec gaudium in corpore. in eo autem uoluptas omnium latine loquentium more ponitur quum percipitur ea que sensum aliquem moueat iocunditas. Hanc quoq; iocunditate; si uis transfer in animo iuuare enim in utroq; dicitur: ex eoq; iocundum modo intelligas. Inter illu; qui dicat: tanta laetitia auctus sum ut mihi nō constem: & eum qui nunc demum mihi animus ardet quorum alter laetitia gessiat: alter dolore crucietur esse illū mediū: quā hęc iter nos nuper laetitia admodum est qui nec laetentur nec angantur: Itemq; inter eum qui potatur expetitis corporis uoluptatibus: & eum qui crucietur summis doloribus esse eum qui utroq; careat: Satis ne igitur uideor uim uerborum tenere? An sum etiam nunc uel graece loqui uel latine docendus: & tamen uide ne si ego non intelligam quid Epicurus loquatur quum graece ut uideor luculenter scia: sit aliqua culpa eius qui ita loquatur ut nō intelligatur: quod duob; modis sine reprehensione fit: Si aut de industria facias ut Heraclitus cognomento qui scotinos phibetur quia de natura nimis obscure memorauit: Aut quum rex obscuritas nō uerborum facit ut non intelligatur oratio qualis est in Timaeo Platonis Epicurus aut ut opinor nec non uult si possit plane & apte loq; nec de re obscura ut phisici: aut artificio

quadam perfunditur. Quid ergo inquit istam uoluptatē Epicurus ignorat? Nō semp̄ in quā. Nam interdū nimis etiā nouit. quippe qui testificetur ne itelligerē qdē se posse ubi sit: aut quod sit ullū bōū praeter illud qd cibo aut potione & auriū delectatōe & obscena uoluptate capiat. An hęc ab eo nō dicunt? Quasi me pudeat inquit istorū aut nō possim quēadmōz ea dicūtur ostēdere. Ego uero nō dubito in qua quin facile possis. Nec ē qd te pudeat sapiētī assētiri. qui se unus qd sciā sapientē pfiteri sit ausus. Nā Metrodorum non putant ipsum professū: sed quū appellareē ab Epicuro repudiare tātum beneficium noluisse. Septem aut illi non suo sed populorum suffragi oīum nominati sunt. Verum hoc loco summo uerbis his eadē certe uiz uoluptatis Epicurum nosse quam caeteros. Oēs enim iucundum motū quo sensus hiant graece hedonen latine uoluptatē uocant. Quid est igitur inqt qd requiras dicam inq. & qdem discendi cā magis q̄ quo te aut Epicurum reprehensum uelim. Ego quoq; inqt didicerim libentius si qd attuleris q̄ te reprehēderis. Teneas ne igit inq Hieronymus rhodius qd dicat eē sūmum bonū quo putet omnia referri oportere. Teneo inqt finem illi uideri nihil dolere. Quid idem iste de uoluptate? quid sentit? Negat esse eā inquit propter se ipsam expetendam. aliud igitur esse censet gaudere: aliud non dolere: & quidem inquit uehementer errat. nam ut paulo ante docui. augendae uoluptatis finis est doloris omnis amotio. Tū nō dolere inq istud qm uim habeat postea uidero. aliam uero uim uoluptatis esse aliam nihil dolendi: nisi ualde pertinax fueris: concedas necesse est. Atqui reperies inquit in hoc quidem pertinacissimi enim nihil potest uerius. est ne quaeso inquam sitienti in bibendo uoluptas? Quis istud inquit Posset negare? eadem ne inquam quae restincta siti. Immo alio genere: nam restincta sitis stabilitatem uoluptatis habet: inquit: illa autē uoluptas ipsius restinctionis in motu est. cur igitur inquam res tam dissimiles eodem nomine appellas? Quid paulo ante inquit dixerim nonne memi

nisti: quum omnis dolor detractus esset uariari: non  
augeri uoluptatem: memini uero inq̄ sed tu istud dixisti  
bene latine parum plane: uarietas. n. latinum uerbum est:  
idq; proprie quidem in disparibus coloribus dicitur: sed  
transfertur in multa disparia: uarium poema: uaria oratio  
uarii mores: uaria fortuna: uoluptas uaria etiam dici solet  
quum percipitur ex multis dissimilibus rebus dissimilit̄ effi-  
cientibus uoluptates: eam si uarietatem diceres intelligere  
ut etiam non dicente te intelligo: Ista uarietas quae sit nō sa-  
tis perspicio: q; ais quum dolore careamus tū in sūma uo-  
luptate nos esse: Quū autē uescamur his reb⁹ quae dulce  
motū afferant sensibus: tū esse in motu uoluptatem: quae  
faciat uarietatem uoluptatum: sed non augeri illam: non  
dolendi uoluptatem quam cur uoluptatem appelles ne-  
scio: An potest ille inquit quicq̄ esse suauius q̄ nihil dolo-  
re: imo sit sane nihil melius inq̄ (nondū enim id quaero)  
nū prope idē uoluptas est quod (ut ita dicam) indolentia  
plane idem inquit & maxima quidem qua fieri nulla ma-  
ior potest: Quid dubitas igitur inq̄ summo bono a te ita  
constituo: ut id totum in non dolendo sit: Id tenere unū:  
id tueri id defendere. Quid enim necesse est tanq̄ mere-  
tricem in matronarum cetum sic uoluptatem in uirtutū  
concilium adducere: Sed forte dicitis in uidiosum no-  
men est & in famie subiectum: Ita quae hoc frequenter di-  
ci solet a uobis non intelligere nos quam dicat Epicurus  
uoluptatem: Quod quidem mihi si quando dictum est:  
est autem dictum non paru; saepe & si satis clemens sum  
in disputando: tamen interdum soleo subirasci Ego ne nō  
intelligo quid sit Hedone graece latine uoluptas: Vtram  
tandem linguam nescio: deinde qui fit ut ego nesciam:  
Sciāt omnes quicumq; epicurei esse uoluerunt: Quod ue-  
stri quidem uel optime disputant nihil opus esse eū qui  
philosophus futurus sit: scire litteras: Itaq; maiores nostri  
ab aratro adduxerunt Cincinnatū illū ut dictator esset: sic  
uos de pelasgis omnibus colligitis bonos illos quidem  
uiros: sed certe nō peruditos: Ergo illi intelligūt qd Epicur⁹

dam coerceas: Omnis autem in quaerendo quae uia qua  
dam & ratione habetur oratio praescribere primum debet  
ut quibusdam in formulis ea res agatur: ut inter quos dif  
feritur: conueniat quid sit id de quo desideratur: hoc posi  
tum in phoedro a Platone probauit Epicurus: sensitque in  
omni disputatione id fieri oportet: Sed quod proximum  
fuit non uidit. Negat. n. diffiniri rem placere sine quo fieri  
interdum non potest ut inter eos qui ambigunt conueniat quod  
sit id de quo agatur uelud in hoc ipso de quo nunc dispu  
tamus. Quaerimus. n. finem bonorum possumus ne. sci  
re hoc quale sit: nisi contulerim? inter nos cum finem bonorum  
dixerim? Quid finis quod & sit ipsum bonum? Atque haec pate  
factio quasi res optata: quam quod quicque sit aperitur: diffini  
tio est: qua tu & imprudens utebare non nunquam. Nam hoc ipsum si  
ue finem: siue extremum siue ultimum: diffiniebatur id est quo omnia  
quae recte fierent refererentur: neque id ipsum usque referetur Prae  
clare hoc quidem: bonum ipsum etiam quid esset fortasse si opus  
fuisse. de diffinitione: aut quod esset natura appetendum: aut  
quod prodesse: aut quod iuuaret: aut quod liberet. modo idem  
nisi molestum est: quoniam tibi non omnino displicet dif  
finire: & id facis quam uis: uelut diffinire quid sit uoluptas  
de quo omnis haec questio est. Quasi quis inquit est: qui  
quid sit uoluptas nesciat: Aut qui quo magis id intelligat  
diffinitionem aliquam desideret. me ipsum esse dicerem  
inquam nisi mihi uideretur habere bene cognitam uolupta  
tem: & satis firme conceptam animo atque compraesentem: Nunc  
autem dico ipsum Epicurum nescire & in eo nutare. eumque  
quod crebro dicat diligenter oportere exprimi quae uis subiecta  
sit uocibus non intelligere interdum quid sonet haec uox  
uoluptatis. i. quae res huic uoci subiciatur. Tum ille er  
dens hoc uero inquit optimum ut is qui finem rerum expetere  
darum uoluptatem esse dicat: id extremum id ultimum bo  
norum id ipsum quod sit quale sit nesciat. Atque inquit aut Epicurus  
quid sit uoluptas: aut omnes mortales qui ubique sunt ne  
sciunt. Quo nam inquit modo? Quia uoluptatem hanc esse  
sentiunt omnes quam sensus accipiens mouet: & iucunditate

sa ut mathematici: sed de illustri & facili etiam in uulgus  
per uulgata loquitur. Quamquam non negatis nos intelli-  
gere quid sit uoluptas: sed quid ille dicat. ex quo efficitur  
ut non intelligam? quae uis sit istius uerbi: sed ut ille suo  
more loquatur: nostrum negligat. Si enim idem dicat quod  
Hieronymus qui censet summum bonum esse sine ulla mo-  
lestia uiuere: cur maluit dicere uoluptatem quam uacuita-  
tem doloris: ut ille facit qui quid dicat intelligit: Sin autem  
uoluptatem putat: dicat ad iungendam illam: quae in mo-  
tu fit: sic enim appellat hanc dulcem in motu: Illam nihil  
dolentis instabilitate. Quid tendit: quum efficere non  
possit ut cuiquam qui ipse notus sibi sit: hoc est qui suam na-  
turam sensumque perspexerit: uacuitas doloris & uoluptas  
idem esse uideatur. Hoc est uim afferre Torquate sensibus  
extorquere ex animis cogitationes uerborum quibus im-  
buti sumus. omnis enim est qui non uideat haec esse in-  
natura rerum tria? Vnum quum in uoluptate sumus: alte-  
rum quum in dolore tertium hoc in quo nunc quidem su-  
mus: Credo quidem nos nec in dolore: nec in uoluptate:  
ut in uoluptate sit qui epuletur: in dolore qui torqueatur.  
Tu autem inter haec tantam multitudinem hominum inter-  
iectam non uides? neque letantium: neque dolentium? Non  
propterea inquit: omnisque qui sine dolore sint: in uolupta-  
te & ea quidem summa esse. Dico ergo in eadem uoluptate  
eum qui alteri misceat mulsum ipse non scitiens: & eum  
qui id scitiens bibat. Tum ille finem inquit interrogandi  
si uidetur quod ego a principio ita me malle dixeram:  
Hoc ipsum prouideras dialecticas captiones. Rhetorice igitur  
inquit nos maius quam dialectice disputare? quasi uero in-  
quit perpetua oratio Rhetorum solum non & philosopho-  
rum sit: Zenonis est inquam hoc stoici omnem uim loque-  
di ut iam ante Aristoteles in duas tributam esse partes di-  
cere rhetoricam palmae dialecticam pugnis similem esse di-  
cebat quod latius loquerentur rhetores: dialectici autem  
compressius obsequar igitur uoluntati tuae dicamque si po-  
tero rhetorice: sed hac rhetorica philosophorum non



nostra illa forensi quā necesse est quū populariter loquamur esse interdum paulo hebetiorem sed quum dialecticam Torquate contemnit Epicurus: quae una continet omnem & perspiciendi quid in quaque re sit scientiam: & iudicandi quale quidque sit ac ratione & uia disputandi ruit in dicendo ut mihi quidē uidetur: nec ea quae docet uult ulla arte distinguere: ut haec ipsa quae modo loquebamur: Sūmū a uobis bonis bonū uoluptas dicit. Apperendum est igitur quid sit uoluptas aliter. n. explicari quod quaeritur nō potest: Quā si explicauisset non tā haesitaret. Aut enim eam uoluptatem tueretur: quam Aristippus .i. qua sensus dulciter ac iocunde mouetur: quam etiam pecudes si loqui possēt appellarent uoluptatem: Aut si magis placeret suo more loqui: quā ut omnes Danaus aut Myces: attica pubes relique graeci: qui hoc anapesto citantur hoc non dolere solum uoluptatis nomine appellaret: Illud Aristipeum contemneret: aut si utrunque probaret ut probat: coniungeret doloris uacuitatem cum uoluptate: & duobus ultimis uteretur. Multi enim & magni philosophi haec ultima bonorum iuncta fecerunt: ut Aristoteles qui uirtutis usum cum uitae perfectae prosperitate coniunxit. Calipho adiunxit ad honestatem uoluptatem. Diodorus ad eandem honestatem addidit uacuitatē doloris. Idem fecisset Epicurus: si sententiam hanc quae nunc Hieronymi est coniunxisset cum Aristippi uetere sententia. Illi enim inter se dissentiunt propterea singulis finibus utuntur & quū uterque graece egregie loquatur: nec Aristippus qui uoluptatem summum bonum dicit in uoluptate ponit non dolere: Neque Hieronymus qui summum bonum statuit non dolere uoluptatis nomine unquā utitur pro illa indolentia: quippe qui ne in expetendis quidem rebus numeret uoluptatem. Duae sunt enim res quoque ne tu uerba solum putes unum est sine dolore esse alterum cum uoluptate. Vos ex his tam dissimilibus non modo nomen unum (nam id facilius pateret) sed etiam rem unam ex duobus facere conamini. Quod fieri nullo

modo potest: hic qui utranque probat ambobus debuit uti  
sicut facit: remque tamen diuidit uerbis. Quum enim ipsam  
eam uoluptatem quam eodem nomine omnes appella-  
mus laudat locis plurimis: at idet dicere ne suspicari quidem  
se ullum bonum seiunctum ab illo Aristippeo genere uolu-  
ptatis. Atque ibi hoc dicit ubi omnis eius est oratio de  
summo bono in alio uero libro in quo breuiter comprehen-  
sis grauissimis sententiis quasi oracula edidisse sapientiae  
dicitur scribit his uerbis quae nota tibi profecto Torqua-  
te sunt quis enim uestrum non edidit Epicuri cyriasdor-  
xas. i. maxime ratas quia grauissime sint ad beate uiuendum  
breuiter enunciatae sententiae animaduerte igitur recte  
ne hanc sententiam interpreter? Si ea quae sunt luxurio-  
sis Efficientia uoluptatum liberarent eos deorum & mor-  
tis & doloris metu docerentque qui essent fines cupiditatum  
nihil heremus quin undique complectentur uoluptatibus  
nec haberent ulla ex parte aliquid aut dolens aut e-  
grum. i. aut malum: Hoc loco se tenere Triarius non  
potuit: Obsecro inquit Torquate hec dicit Epicurus  
Quod mihi quidem uisus est quum sciret uelle tamen  
confitentem audire Torquatum: At ille non pertimuit sa-  
neque fidenter istis quidem ipsis uerbis inquit: Sed quid  
sentiat non uideris. Si alia sentit inquam: alia loquitur nunquam in-  
telligam quid sentiat: sed plane dicit quod intelligam: Idque si  
ita dicit non esse reprehendendos luxuriosos si sapientes sint  
dicit absurde: similiter & si dicat non reprehendendos par-  
ricidas: si nec cupidi sint nec mortem metuant nec deos  
nec dolorem: & tamen quid attinet luxuriosis ullam ex-  
ceptionem dari: aut fingere aliquos qui quum luxuriose  
uiuerent a summo philosopho non reprehendentur eo  
nomine duntaxat caetera cauerent. Sed tamen nonne re-  
prehenderes Epicure luxuriosos ob eam ipsam causam  
que ita uiuerent ut persequerentur cuiusque modi uoluptates  
quum esset praesertim ut ais tu summa uoluptas nihil  
dolore. atque reperiemus a sotos primum ita non religiosos  
ut edant de patella. deinde mortem ita non timentes ut

illud in ore habeāt ut ex hymnide unide. Mihi sex mēses  
satis sūt uitae septimū Horco spōdeo: iam doloris medica  
menta illa Epicurea tan quā de nartheo promāt si grauis  
breuis: si longus leuis: Vnum nescio quomodo possit si  
luxuriosus sit: finitas cupiditates habere? Quid ergo atti  
net dicere mihi haberem quod repraehenderē: si finitas cu  
piditates haberent hoc est dicere: non repraehenderē a so  
tos si non essent a loti: Isto modo ne improbos quidem si  
essent boni uiri hic homo seuerus luxuriam per seipsam re  
praehendēdā non putat: & hetcule Torquate ut uerum lo  
quamur si uoluptas summum bonum est rectissime nō  
putat: noliz eiz mihi fingere a lotos ut soletis: qui immēsa  
uomant & qui de conuiuuis auferantur: crudiq; postridie  
se rursus ingurgitent: qui solem ut aiunt nec occidentē  
unquam uiderint: nec orientez: qui consumptis patrimo  
niis aegeant. Nemo nostrum istius generis a lotos iocun  
de putat uiuere mundos elegantes optimis cocis pistori  
bus: piscatu: aucupio: uenatione: his omnibus exquisitis:  
uitantis cruditatem: quibus uinum diffusum e pleno sit  
Hyrsiphon ut ait Lucilius cui nihil dempsit ius & sarcu  
los abstulerit. Adhibentis ludos & quae sequuntur illa:  
Quibus detractis clamat Epicurus se nescire quid sit bo  
num: Ad sint & formosi pueri qui ministrent respondeat  
his uestris argentum Corinthum: locus ipse aedificium  
hos ergo a lotos bene quidem uiuere aut beate nunq̄ di  
xerim ex quo efficitur non ut uoluptas ne sit uoluptas: s;   
ut uoluptas non sit sūmū bonum: Nec ille qui Diogenē  
stoicum adolescens: post autē Panetiū audierat Laelius eo  
dict⁹ est sapiens: quod non intelligeret: qd suauissimū eēt  
Nec eniz sequitur ut cui cor sapiat: ei nō sapiat palatū: sed  
quia parui id duceret.

O laphate ut iactare necessest is cognitu qui sis:

In quo cognitu Lelius clamores sophos ille solebat

Edere compellans gumas ex ordine nostro

Preclare Lelius & recte sophos. illudq; uere

O publi o gurges Galloni es homo miser inquit

Coenasti in uita nunq̄ bene: cum omnia in isto  
Consumis squilla atq; accipensere cum decumano  
Is haec loquitur qui in uoluptate nihil ponēs negat eū bñ  
cenare q̄ oīa ponat in uoluptate & tamē nō negat libēt̄ uq̄  
cenasse: Gallōiuz (mēt̄retur. n. s; bñ ita grauit̄ & seuerē uo-  
luptatē secernit a bono: Ex quo id efficitur q̄ bñ cenēt om-  
nis libenter cenare: q̄ libēt̄er non continuēdo bñ Semper  
Lelius bene. Quid bene dicit Lucillius orto cū dīto sed  
cedo caput cene sermone bono. Quid ex eo siqueris libē-  
ter: ueniebat enim ad cenam ut aīo quieto satiaret deside-  
ria nature: Recte ergo is negat unquā bñ cenasse Gallo-  
nium recte miserum: quum praesertim in eo omne studiū  
consumeret: quem libenter cenasse: nemo negat. Cur igit̄  
non bene: Quia quod bene id recte frugaliter hone-  
ste: ille porro male praue nequiter turpiter coenabat:  
Non igitur nec lapati suauitatem acubanti ere galloni  
Lelius ante ponebat aliis que erant in mensa tamquā  
suum: sed suauitatem ipsam negligebat: Quod non face-  
ret si in uoluptate summum bonum poneret: se mouēda  
est igitur uoluptas non solum ut recta sequamini. sed etiā  
ut loqui deceat frugaliter: Possumus ne igitur in uita sum-  
mum bonum dicere quum id ne in coena quidem posse  
uideamur: Quomodo autem philosophus loquitur tria  
genera cupiditatum naturales & necessarias naturales &  
non necessarias: nec naturales nec necessarias p̄ p̄mū diuisit  
inelegant̄. duo. n. genera que erant fecit tria: hoc ē n̄ diuide-  
re sed frangere rem: Qui si diceret cupiditatum eē duo  
genera naturales & inanes: Naturalium quoq; itē duo ne-  
cessarias & nō necessarias confecta res esset Vitiosū est. n. i  
diuidendo partē in genere numerare. Sed hoc sane conce-  
damus: Contēnit. n. differendi elegantiā confuse loqui ē. ge-  
rendus est mos. modo recte sēt̄iat. & quidē illud nō n̄miū  
probo & tamē patior philosophum loqui de cupiditati-  
bus finiendis: An potest cupiditas finiri: tollenda est atq;  
extrahenda radicitus. Quis est. n. in quo cupiditas sit  
qui recte cupid⁹ dici possit: ergo & auar⁹ erit: sed finite &

adulter: Verum habebit modum & luxuriosus eodē mō  
Qualis ista philosophia est quæ non interitum afferat  
prauitatis: sed sit contenta mediocritate uirior? Quāq̄  
hac diuisione rem ipsam proflus probo: elegantiam desi-  
dero: appellet hæc desideria naturæ cupiditatis nomē ser-  
uet alio ut quum de auaritia: cum de im̄perātia: quum  
de maximis uitiis loquet̄ eam tāq̄ capitis acuset: Sed hæc  
quidem liberius ab eo dicuntur & læpius quod æquidē  
non repræhendo est enim tanti philosophi tamq̄ nobi-  
lis audacter sua decreta defendere. Sed tamen ex eo q̄ eam  
uoluptatem quam omnes gentes hoc nomine appellant  
uidetur amplexari sæpe uehementius in magnis interdū  
uersatur angustiis: ut hominum conscientia remota nihil  
tam turpe sit quod uoluptatis causa non uideatur esse fa-  
cturus: Deinde ubi erubuit (uis enim est permagna natu-  
ræ) confugiet illuc ut neget accedere quicquam posse ad  
uoluptatem nihil dolentis: At iste non dolendi stat? nō  
uocatur uoluptas non laboro inquit de nomine. Quid  
quod res alia tota est reperiam multos uel innumerabiles  
poti? nō tā curiosos nec tam molestos quam uos estis qui  
bus quicquid: uelim facile persuadeam: Quid ergo dubi-  
tamus: quin si non dolere uoluptas sit summa: non esse ī  
uoluptate dolor sit maximus cur id non ita fit: quia do-  
lori non uoluptas contraria est sed doloris priuatio: hoc  
uero non uidere maximo argumento uoluptatem illam  
qua sublata neget se intelligere omnino quid sit bonum  
Eam autem ita persequitur quæ palato percipiatur: quæ  
auribus: caetera addit quæ si appelles bonos præstand?  
sit: Hoc igitur q̄ solū bonum seuerus & grauis philoso-  
phus nouit Idem non uidet ne expetendum quidē eē q̄  
eā uoluptatem hoc eodē auctore non desideremus cū do-  
lore careamus: q̄q̄ hæc sunt contraria. Hic si diffinite uel  
diuidere didicisset: si loquendi uim: si denique consuetu-  
dinem uerborum teneret: nunquā in tantas salebras inci-  
disset. Nunc uides qui faciat quā nemo unq̄ uoluptatem  
appellat & hæc in motu uoluptatē quæ duo sunt unum

faciat. sic enim has suaves & quasi dulcēs uoluptates ap-  
pellat: In idū ita extenuat ut. M. Curius; putes loq̄ Interdū  
ita laudat ut Quid praeterea sit bonū neget se posse ne su-  
spicari quidē quae iam oratio nō a philosopho aliquo s; a  
a censore opprimenda est non est enim uitium solum in  
oratione sed etiam ī moribus luxuriam non reprehendit  
modo sit uacua infinita cupiditate & timore hoc loco di-  
scipulos quaerere uidetur ut qui a soti esse uelint philoso-  
phi ante fiāt a primo ut opinor animantium ortu petitur  
origo summi bōi: simulatq; natum animal est gaudet uo-  
luptate: & eam appetit: ut bonum aspernatur dolorem: ut  
malum: De malis autem & bonis ab his animalibus quae  
nūdum de prauata sint ait optime iudicari: haec & tu posu-  
isti & uestra sunt quam multa uitiosa: Summum enī; bo-  
num & malum uagiens puer utra uoluptate diiudicabit  
stante an mouente. Quoniam si diis placet ab Epicuro  
loqui discimus: si stante: hoc natura uidelicet uult saluam  
esse se: q; concedimus si mouente: q; tamen dicitis nulla  
turpis uoluptas erit: quae praetermittenda sit: & simul nō  
proficiscitur animal illud modo natum a summa uolu-  
ptate: quae est a te posita in non dolendo: nec tamen ar-  
gumentum hoc Epicurus aut a paruis petiuit: aut etiam a  
bestiis: quae putat esse specula naturae ut diceret ab his du-  
ce natura hanc uoluptatem expeti nihil dolendi: neq; enī;  
haec mouere potest appetitum animi: nec ullum habet ic-  
tum quo pellat animi statum haec non dolendi: Itaq; ī  
hoc eodem peccat Hieronymus ad ille pellit qui permul-  
cet sensum uoluptate: Itaq; Epicurus semper hoc utitur ut  
probet uoluptatē natura expeti: q; ea uoluptas quae ī mo-  
tu sit: & paruos ad se alliceat & bestias non illa stabilis in  
qua tantum inest nihil dolere: quid igitur conuenit ab al-  
lia uoluptate dicere naturam proficisci: in alia summum  
bonum ponere? Bestiarum uero nullum iudicium puto  
quamuis enim deprauatae non sint pravae tamen  
esse possunt ut bacillum aliud est inflexum & incuruatu;  
de industria: aliud ita natum. sic ferarum natura non est il-

la quidem deprauata mala disciplina: sed natura sua. nec ergo ut uoluptatem expectat natura mouet infantem: sed tantum ut seipsum diligit: ut integrum se saluumque uelit. Omne enim animal simul est ortum & seipsum & omnes partes suas diligit: duasque quae maxime sunt: amplectitur animum & corpus: deinde utriusque partes nam sunt & in animo praecipua quaedam & in corpore quae quum leuiter agnouit tunc discernere incipit ut ea quae prima data sunt natura appetat asperneturque contraria: in his primis naturalibus uoluptas insit nec ne magna quaestio est nihil uero putare esse praeter uoluptatem non: membra: non sensus: non ingenii motum: non integritatem corporis: non ualitudinem summae mihi uideatur insaniae. Atque ab isto capite fluere necesse est omnem rationem bonorum & malorum. Polemoni & ante Aristoteli ea prima uisa sunt quae paulo ante dixi. Ergo nata est sententia ueterum Academicorum & Peripateticorum ut finem bonorum dicerent secundum naturam uiuere. id est uirtute adhibita frui primis a natura datis. Calipho ad uirtutem nihil adiunxit nisi uoluptatem Diodorus uacuitatem doloris: his omnibus quos dixi consequentes sunt fines bonorum Aristippo simplex uoluptas: Stoicis consentire naturae. Quod esse uolunt ex uirtute. id est honeste uiuere. Quod ita interpretantur uiuere cum intelligentia earum rerum quae natura euenirent eligente ea quae essent secundum naturam reiicientemque contraria: Ita tres sunt fines expertes honestatis. Unus Aristippi uel Epicuri: alter Hieronimi: Carneadis tertius: tres in quibus honestas cum aliqua accessione Polemonis Caliphonis Diodori una simplex: Cuius Zeno auctor posita in decore tota est honestate. Nam Pirro: Aristo: Erillus: iam diu sunt abiecti reliqui sibi constituerunt ut extrema cum initiis conuenirent ut Aristippo uoluptas: Hieronymo doloris uacuitas Carneadi frui principiis naturalibus esset extremum. Epicurus autem quum in prima commendatione uoluptatem dixisset: Si eam quam Aristippus: Idem tenere debuit ultimum bonorum quod ille. Sin eam quam Hie

ronymus idem fecisset non uoluptatem illam Aristippi i  
prima comendatione poneret. Nam quod ait sensibus ip  
sis iudicari uoluptatem bonum esse: dolorem malum pl<sup>9</sup>  
tribuit sensibus: q̄ nobis leges permittūt. Priuatag; litium  
iudices sumus. nihil enim possumus iudicare nisi quod  
ē nostri iudicii: In quo frustra Iudices solent cum senten  
tiā pronūtiant addere: Si quid mei iudicii est: Si eim nō  
fuit eorum iudicii Nihilo magis hoc nō addito Illud est  
iudicatū: quod iudicat sensus: dulce: amag;: lene: asperū: p  
pe: longe: stare: mouere: quadratum: rotūdū Quam igitur  
pronuntiabit sententiam ratio: adhibita primum diuina  
rum hūanarumq; rerum scientia: quae potest appellari rite  
sapientia? Deinde adiūctis uirtutibus quas ratio rerum  
omnium dominas: tu uoluptatem satellites & ministras  
esse uoluisti: quarum adeo omnium sententia pronuntia  
bit primum de uoluptate nihil esse ei loci non modo ut  
sola ponatur i summi boni se de quam quaerimus: sed ne  
illo quidem modo ut ad honestatem applicetur de uacui  
tate doloris eadem sententia est: Reicietur etia; Carneades  
Nec illa de sūmo bono ratio aut uoluptatis: nō dolendi ue  
pticeps aut honestatis expers probabit. Ita relinquet duas  
de quibus etiam atq; etiam consideret: Aut enim statuet  
nihil esse bonū nisi honestum: nihil malum nisi in turpe:  
Caetera aut uero oīno nihil habere momenti aut tantum:  
ut nec expetenda: nec fugienda: sed eligenda modo: aut rei  
icienda sint: aut anteponet eam quam cū honestate orna  
tissimā: tum etiam iplis initiis naturae & totius perfectio  
ne uitae locupletam uidebit: Quod eo liquidius faciet si  
perspexerit rerum inter eas uerborum ne sit controuersia:  
Huius ego nunc auctoritatem sequens idem faciam: Quā  
tum potero minuam contentiones. omnesq; simplices sen  
tentias eorum in quibus nulla est uirtutis adiunctio: om  
nino a philosophia se mouendas. putabo: Primum; Aristip  
pi Cyrenaicorumq; omnium quos non est ueritum in ea  
uoluptate quae maxime dulcidine sensum moueret sum  
mum bonum ponere. contemnentēs istam uacuitatem



doloris. Hi non uidentur ut ad cursum equū ad arandū bouem: ad indagandum canem: sic hominem ad duas res (ut ait Aristoteles) intelligendum & ad agendum esse natum quasi mortalem deum contraque ut tardam aliquam & languidam pecudem ad pastum: & ad procreandi uoluptatem hoc diuinum animal ortum esse uoluerunt quo nihil mihi uidetur esse absurdius. Atque haec contra Aristippum qui eam uoluptatem non modo summam sed solam esse ducit: quam omnes unam appellamus uoluptatem aliter autem uobis placet: Sed ille ut dixi uitiose. Nec enim figura corporis nec ratio excellens ingenii huāni significat ad hāc unam rem natū hominē ut frueretur uoluptatibus. Nec uero audiendus Hieronymus cui summum bonum ē idem: quod uos interdū uel potius nimium saepe dicitis. nihil dolere: non enim si malum dolor carere eo malo satis est ad bene uiuendum: Hoc dixerit potius Ennius: Nimium boni est cui nihil est mali. Nos beatam uitam non depulsione mali: sed adeptione boni iudicemus nec eam cessando siue gaudendo ut Aristippus siue nō dolendo ut hic: sed agēdo aliquid cōsiderādo ue quaeramus. Quae possunt eadem contra Carneadeum illud summum bonum dici quod is non tam ut probaret. protulit: quā ut Stoicis quibus cum bellum gerebat opponeret: Id autem eiusmodi est ut additum ad uirtutem auctoritatem uideatur habiturum: & expleturum accumulate uitam beatam de quo omnis haec quaestio est. Nam qui ad uirtutem adiungunt uel uoluptatem: quam unā uirtus minimi facit: uel uacuitatem doloris quae etiam si malo caret tamen non est summum bonum: accessione utuntur non ita probabili: Nec tamen cur id tam parce tamque restricte faciant intelligo: quasi enim emendum eis sit quod addant ad uirtutem primam uillissimas res addunt. deinde singulas potius: quā omnia quae prima natura approbauisset ea cum honestate coniungerent: quae quum Aristoni & Pirrhoni omnino uisa sunt pro nihilo ut inter optie ualere & grauissime aegrotare: nihil prorsus dice

reñt interesse: recte iam pridem contra eos desitum e dis  
putari: dū enim in una uirtute sic omnia esse uoluerunt  
ut eam rerum selectione expoliarent nec ei quicquam aut  
unde oriretur daretur: aut ubi niteretur uirtutem ipsam:  
quam anplexabantur sustulerunt. Herillus autem ad sci  
entiam omnia reuocans unum quoddam bonum uidit  
sed nec optimum: nec quo uita gubernari possit. Itaq; hic  
ipse iam pridem est reiectus: post enim Chrysippum non  
sane e disputatum. Restatis igitur uos: Nam cum academi  
cis incerta luctatio est: qui nihil affirmant & quasi despe  
rata cognitione certi. Id sequi uolunt: quod cumq; uerissimi  
le uideatur. Cū Epicuro autem hoc plus est negotii. Qui  
ex duplici genere uoluptatis cōiunctis e. Quicq; & ipse &  
amici eius & multi postea defensores eius sententiae fu  
erunt: & nescio quo modo is qui auctoritatē minimā ha  
bet: maximā uim populus cū illis facit. Quos nisi argui  
mus omnis uirtus: omne decus: omnis uera laus deserē  
da e. Ita caeterorū sententis semotis relinquatur non mihi  
cū Torquato: sed uirtuti cū uoluptate certatio. Quā qui  
dem certationē homo quo acutus & diligens. Chrysi  
pus nō cōtēnit. Totumq; earz discrimen summi: boni in  
eadē compatione positum putat. Ego autē existimo si ho  
nestum aliquid ostēdero. Quod sit ipsū ui sua propter se  
q; experendum iacere uestra omnia. Itaq; eo quale sit bre  
uiter ut tēpus postulat cōstituto accedā ad omnia tua. Tor  
quate. Vbi memoria forte defecerit: tuum est ut suggeras.  
Honestum igitur id intelligimus quod tale e: ut detracta  
omni utilitate sine ullis praemis fructibus ue per se ipsum  
possit iure laudari. Qui quale sit non tam definitione  
qua sum usus intelligi potest. Quāq; aliquantum potest  
q; cōmuni omnium iudicio: & optimi cuiusq; studis at  
q; factis: permulta ob eam causam unam faciunt: quia de  
cet: quia rectum: quia honestum est: & si nullum conse  
cutōz emolumentum uident homines enim & si multis  
aliis: tamen hoc abestis plurimum differunt q; rationem  
habeat a natura menti datam & acrē et uigentē celerimeq;

multa simul agitantem & (ut ita dicam) sagacem: quæ & causas rerum & consecutiones uideat & similitudines trāferat: & disiuncta coniūgat: & cum præsentibus futura copulet: omnemq; complectatur uitæ consequentis statum. Eadēq; ratio fecit hominem hominum appetentem: cūq; his natura & sermone & usu congruentem at profectus a caritate domesticorum ac suorum currat longius & se applicet primo ciuū: deinde omnium mortalium societati. Atq; ut ad Architam scripsit Plato: non sibi se soli esse natum meminertis sed patriæ; sed suis: ut per exigua pars ipsi relinquantur: & quoniam eadem natura cupiditatem ingenuit homini ueri inueniendi: quod facillime apparet quum uacui cutis etiam quid in caello fiat scire auemus his initiis inducti omnia uera diligimus: i. fidelia: simplicia: constantia: tū uana falsa fallētia odim: ut fraudē pium malitiam iniuriam. Eadem ratio habet in se quidam amplum atq; magnificum ad imperandum magis q̄ ad parēdum accomodatum: omnia humana non tolerabilia solū sed etiam leuia ducens: altum quidam: excelsum: nihil timens: nemini cedens: semper inuictum. Atq; his tribus generibus honestorum notatis: Quartum sequitur & in eadem pulchritudine & aptum ex illis tribus in quo inest ordo & moderatio: Cuius similitudine perspecta in formarum specie ac dignitate transitum ē ad honestatem dictorum atq; factorum. Nam ex his tribus laudib; quas a n̄ dixi: & temeritate ē reformidari: & nō audet cuiq; aut dicto proteruo aut facto nocere: uereturq; quicquam aut facere aut loqui quod parum uirile uideatur habes undiq; expletam & perfectam Torquate formam honestatis: quæ tota ex his quatuor uirtutib; quæ a te quoq; commemoratae sūt cōtinet: hāc se tuus Epicurus omnino ignorat dicit quam aut qualem esse uelint qui honestate summum bonum meriant. Si enim ad honestatem omnia referantur: neq; in ea uoluptatem dicant in esse: aut eos iani uoce sonare (his enim ipsis: uerbis utitur) neq; intelligere: neq; uidere sub hac uoce honestatis quæ sit subicienda sententia. Ut

enim consuetudo loquitur: id solū dicitur honestū quod est  
populari fama gloriosum: Quod inquit quā uoluptatib⁹ q  
busdā est saepe iucundius: tamē expetit⁹ propter uolupta  
tem: Vides ne quā sit magna dissensio. Philosophus nobilis  
a quo non solum Graecia & Italia. sed etiam omnis Bar  
baria commota est: honestum quid sit si id non ē in uo  
luptate negat se intelligere nisi forte illud quod multitu  
dinis rumore laudatur. Ego autem hoc etiam turpe esse  
saepe iudico & si quando turpe nō sit: tamē non esse non  
turpe quum id a multitudine laudetur: quod si sit ipsum  
perfectum atq; laudabile: non ob eam causam tñ illd dici  
honestū eē quia laudetur a multis: sed quia tale sit ut uel  
si ignorarent id homines uel si obmutuissent pulchritu  
dine sua tamen esset: specieque laudabile. Itaque idem na  
tura uictus cui obsisti non potest dicit alio loco id quod  
a te etiam paulo ante dictum est non posse iucunde uiui  
nisi honeste. Quid nunc honeste dicitur: idem ne quod  
iucunde? Ergo ita non posse honeste uiui nisi honeste ui  
uatur: an sine populari fama? Sine ea igitur iucunde ne  
gat posse uiuere: Quid turpius quam sapientis uitam ex  
insipientium sermone pendere? Quid ergo hoc loco in  
telligit honestum? Certe nihil nisi quod possit ipsum pro  
pter se iure laudari. Nam si propter uoluptatē: quae ē ista  
laus: quae possit e macello peti? non is uir est ut quū ho  
nestatem eo loco habeat: ut sine ea iucūde neget posse ui  
ui. Illud honestum quod populare sit sentiat: & sine eo iu  
cunde neget posse uiui: aut qui quā aliud honestum intelli  
gat nisi quod sit rectū ipsū: quod per se sua uis: sua natura  
sua sit sponte laudabile: itaq; Torquate quum diceret cla  
mare Epicurum non posse iucunde uiui nisi honeste &  
sapienter: & iuste uiueretur: tum ipse mihi gloriari uide  
bare tanta uis inerat in uerbis propter earum rerum quae  
significabantur his uerbis dignitatem: ut altior fieres: ut  
interdum insisteres: ut nos intuēs quasi testificareē lauda  
ri honestatem & iustitiam aliquando ab Epicuro quante  
decebat his uerbis uti? quibus si Philosophi nō uterent⁹

philosophia omnino non egerimus: istorum enim uerborum  
amore quae perituro appellantur ab Epicuro sapientiae  
fortitudinis: iustitiae: temperantiae: praestantissimis ingenii  
is homines se ad philosophiae studium contulerunt. Oculo-  
rum inquit Plato est in nobis sensus acerrimus: quibus sa-  
pientiam non cernimus: quae illa ardentis amores excitaret  
sui si uideretur. Cur tandem? An quae ita callida est ut optime  
possit architectari uoluptates: Cur iustitia laudatur? An ue-  
rum est hoc conuictum uetustate prouerbum? Qui cum  
in tenebris mices. Hoc dictum in una re latissime patet:  
ut in omnibus factis re non teste moueamur. sunt enim  
leuia & perinfirma quae dicebantur a te cum animi con-  
scientia improbos excruciaris: tum etiam poenae timore quae  
aut afficiuntur aut semper sunt in metu ne afficiantur ali-  
quando. Non oportet timidum aut imbecillo animo fin-  
gi non bonum illum uirum qui quicquid fecerit ipse se cru-  
ciet omniaque formidet: sed omnia callide referentem ad uti-  
litatem: acutum: uersutum ueteratorem facile ut excogitet  
quo occulte sine teste: sine ullo conscio: fallat. An tu me de  
L. Tibullo putas dicere? Qui cum praetor quaestionem  
inter sicarios exercuisset: Ita aperte coepit pecunias ob rem  
iudicandam ut anno proximo. P. Sceuola, Tr. pl. ferret ad  
populum uellent ne de ea re quaeri quo plebiscito decreta  
a senatu est consuli quaestio. GN. Scipioni profectus in  
exilium Tibullus statim ne respondere ausus erat enim res  
apta Non igitur de improbo sed callide improbo quaeri-  
mus. Qualis. Q. Pompeius in foedere numantio inficiando  
fuit: Nec uero omnia timentes: sed primum qui animi con-  
scientiam non curet: quam. s. comprimere nihil est nego-  
cii: Is enim qui occultus & tectus dicitur tantum abest ut  
se indicet: perficiet etiam ut dolore alterius improbe facto  
uideatur Quid enim est aliud esse uersutum? Memini me  
adesse. P. Sextilio Rufio quum is ad amicos rem ita defer-  
ret se esse haeredem. Q. Fabio Gallo cuius in testamento  
scriptum esset: se ab eo rogatum: ut omnis haereditas ad  
filiam perueniret. Id Sextilius factum negabat: poterat

autem impune quis enim redargueret? Nemo nostrum  
negabat:eratque uerisimilius hunc mentiri cuius interesset  
quod illum qui id se rogasse scripsisset:quod debuisset rogare  
addebat etiam se in legem Voconiam Iuratum contra eam  
facere non audere:nisi aliter amicis uideretur. Aderamus  
nos quidem adolescentes sed etiam multi amplissimi uiri  
Quorum nemo censuit plus filiae dandum quam pos-  
set ad eam lege uoconia peruenire. Tenuit permagnam  
Sextilius hereditatem unde si secutus esset eorum senten-  
tiam qui honesta & recta emolumentis omnibus & com-  
modis anteponerent ne numum quidem unum attigis-  
set.Num igitur postea censes anxio animo atque sollicito  
fuisse: Nihil minus:contraque illa hereditate diues ob eamque  
rem laetus:magni enim estimabat pecuniam non modo  
non contra leges sed etiam legibus partam: Quae quidem  
uel cum periculo est quaerenda uobis. Est enim effectrix  
multarum & magnarum uoluptatum ut igitur illis qui  
recta & honesta quae sunt ea statuunt per se expetenda  
ad eunda sunt queuis pericula decoris honestatisque causa  
Sic uestris qui omnia uoluptate metiuntur pericula aduen-  
da sunt ut adipiscantur magnas uoluptates si magna res  
magna hereditas agetur cum pecunia uoluptates pariantur  
plurimae idemque erit Epicuro uestro faciendum:si suum  
finem bonorum sequi uolet. Quod Scipioni magna  
gloria proposita si Hannibalem in africanam retraxisset. Itaque  
quod adiit periculum? Ad honestatem enim illum omnem co-  
natum suum referebat non ad uoluptatem:sic uester sapiens  
magno aliquo emolumento commotus cum causa si opus  
fuerit dimicabit:occultum facinus esse potuerit:gaude-  
bit de praehesus omnem poenam contemnet erit enim in-  
structus ad mortem cōte mnedā:ad exiliū:ad ipsum etiam  
dolorem Quem quidem uos quum in probis poenam pro-  
ponitis: impacibilem: facitis quum sapientem semper  
boni plus habere uultis tolerabilem. Sed finge non solum

callidum eū qui aliquid improbe faciat uerū etiam prae-  
potentem: ut. M. Crassus fuit qui tamen solebat uiri suo  
bono ut hodie est noster Pōpeius cui recte facienti gratia  
est habenda esse enim quamuis uellet iustus iniquus: po-  
terat impune. Quam multa uero iniuste fieri possūt quae  
nemo possit repraehendere. Si te amicus tuus moriens ro-  
gauerit ut hereditatē reddas suae filiae nec usq̄ id scripserit  
ut scripsit Fabius nec cuiq̄ dixerit: Quid facies? tu quidē  
reddes. Ipse Epicurus fortasse redderet: ut Sextus peduce?  
Sex. F. Is qui hunc nostrum reliquit effigiem & humani-  
tatis & probitatis suae filium: tum doctus: tum omnium  
uir optimus & iustissimus quum sciret nemo eum roga-  
tum a. Q. Plotio equite. ro. Splendido Nursino ultro ad  
mulierem uenit eiq̄ nihil opinanti uiri mandatū exposu-  
it haereditatemq̄ reddidit: Sed ego ex te quaero quoniā  
idem tu certe fecisses: non ne intelligis eo maiorez uim eē  
naturae q̄ ipsi uos qui omnia ad uelstrum commodū: &  
ut ipsi dicitis ad uoluptatē referatis: tamē ea faciatis e q̄b?  
appareat nō uoluptatem uos sed officium sequi pl? rectā  
naturam q̄ rationem prauam ualere? si scieris inquit Car-  
neades aspidem occulte latere uspiam & uelle impudentē  
super eam assidere cuius mros tibi emolumentum factu-  
ra sit. Improbe feceris nisi admonueris ne assideat: sed im-  
punite tamen id constat fecisse: quis enim coarguere pos-  
sit? sed nimis multa. Perspicuum est enim nisi aequitas:  
fides: iustitia proficiscantur a natura: & si omnia haec ad  
utilitatem referantur: uirum bonum non posse reperiri s?  
de his rebus satis multa in nostris derepublica libris sunt  
dicta a Iulio transfer idem ad modestiam uel temperan-  
tiam: quae moderatio est cupiditatum rationi obediens.  
Satis ne ergo pudori consulat: si quis sine teste libidini  
pareat? an est aliquid per se ipsum flagitiosum etiā si nul-  
la comitetur infamia? Quid fortes uiri uoluptatum ne  
calculis subductis praelium ineunt: sanguinem pro pa-  
tria profundunt: An quodam animi ardore. atq̄ impetu

concitati: Vtrum tandem censes Torquate: Imperiosum illum si nostra uerba audiret: Tuam ne de se orationem libentius auditurum fuisse an meam? quum ego dicerem eum nihil fecisse sua causa: omniaq; rei publicae tu contra nihil nisi sua: si uero id etiam explanare uelles apertius dices: nihil eum fecisse nisi uoluptatis causa: Quomodo eum tandem laturum fuisse existimes? Esto fecerit si ita uis Torquatus propter suas utilitates (malo enim dicere: quam uoluptates intanto praesertim uiro: Num etiam eius collega. P. Decius princeps in ea familia consulatus: quum se deuoueret & equo admissio in mediam aciem latinorum irruerat aliquid de uoluptatibus suis cogitabat. Nam ubi eam caperet aut quando? quum sciret confestim esse moriendum eamq; mortem ardentiore studio peteret quam Epicurus uoluptatem petendam putatur. Quod quidem eius factum nisi esset iure laudatum non esset imitatus quarto consulatu suo filius: neque porro ex eo natus cum Pirrho bellum gerens consul cecidisset in prelio. saepe ex contingenti genere tertiam uictima rei publicae praebuisset. Contineo me ab exemplis graecis hoc modicum est Leonidas Epaminondas tres aliquid aut quatuor. Ego si nostros colligere cepero perficiam illud quidem ut se uirtuti tradat constringenda uoluptas sed dies me deficient & ut Aulus Varrus qui est habitus iudex durior dicere concessori solebat quam datis tibi? alii tamen citarent: aut hoc testium satis est aut nescio quid satis est Sic a me satis testium est dictum. Quid enim te ipsum dignissimum maioribus tuis uoluptas ne induxit ut adolescens eriperes. P. Syllae consulatum? quem quam ad parentum tuum rettulisses fortissimum uirum qualis ille uel consul uel cuius cum semper: tum post consulatum fuit quo quidem auctore nos ipsi ea gessimus ut omnibus potius quam ipsis nobis consulerimus. At quam pulchre dicere uidebare quum ex altera parte ponebas cumulatam aliquem plurimis & maximis uoluptatibus nullo nec praesenti nec futuro dolore. Ex altera autem cruciatibus ma



ximis toto corpore nulla nec adiuncta nec sperata uoluptate & quaerebas. Quis aut hoc miserior aut superiore illo beator foret. Deinde concludebas summum malum esse dolorem summum bonum uoluptatem. L. Tho-rius Baldus fuit lauinius quem meminisse tu non potes. Is ita uidebat ut nulla tam exquisita posset inueniri uoluptas qua non habundaret erat & cupidus uoluptatum & cuius uis generis eius intelligens & copiosus. Ita non superciosus ut illa plurima in sua patria sacrificia & fana contemneret. Ita non timidus ad mortem ut in acie sit obrepit interfectus. Cupiditates non Epicuri diuisione finiebat sed sua satietate. habebat tamen rationem ualitudinis utebatur his exercitationibus ut ad cenam & exuriens & sitiens ueniret eo cibo qui & suauissimus esset & idem facillimus ad concoquendum. Vino & ad uoluptatem & nec noceret. Caetera illa adhibebat quibus deperditis negat se Epicurus intelligere. quid sit bonum habebat enim omnis dolor. qui si adesset nec molliter ferret. & tamen medicis plura quam philosophis uideretur. color egregius integra ualitudo. summa gratia. uita denique conferta uoluptatum omnium uarietate hunc uero beatum oratio uestra sic cogitat. Ego huic quem anteponam non audeo dicere. dicet pro me ipsa uirtus. nec dubitabit isti uestro beato. M. Regulum anteponere quem quidem quum sua uoluntate nulla uicinctus propter fidem quam dederat hosti ex patria carthaginem reuertisset tum ipsum cum uigiis & fame cruciaretur. clamat uirtus beatorem fuisse quam potantem in rosa Torium bella magna gesserat his bis consul fuerat. triumphabat. nec tamen sua superiora illa tam magna nec tam preclara ducebat quam illum ultimum casum quem propter fidem constantiamque suscepit. qui nobis miserabilis uideretur audientibus. illi perpetenti erat uoluntarius. non enim hilaritate nec lasciuia nec risu aut ioco comite leuitatis. sed saepe & tristes firmitate & constantia sunt beati. Stuprata per uim lucretia a regis filio restata ciues se ipsam interemit hic dolor po-

puli. ro. duce & auctore bruto causa ciuitati libertatis fuit  
ob eiusq; mulieris memoriam primo anno & uir et pater  
eius consul est factus. Tenuis. L. Virginius unusq; de mul  
tis sexagesimo anno post libertatem receptam uirginem  
filiam sua manu occidit: poti<sup>9</sup> q̄ ea. P. claudii libidini: qui  
tum erat summo in imperio: dederetur Aut haec tibi Tor  
quate sunt uituperanda aut patrocinium uoluptatis repu  
diandum. Quod autem patrocinium: aut quae ista causa  
est uoluptatis: quae nec testes ullos e claris uiris nec lauda  
tores poterit adhibere: ut enim nos ex annalium monu  
mentis testes excitamus eos quoru; omnis uita consum  
pta est in laboribus: gloriofis: qui uoluptatis nomen audi  
re non possent: sic in uestris disputationibus historia mu  
ta est nunquam audiui i Epicuri schola Lycurgum. Solo  
nem Mulciadem Temistoclem Epaminundam nomina  
ri: qui in ore sunt caeterorum omnium philosophorum.  
Nec uero quoniam haec nos etiam tractare coepimus sup  
peditabit nobis atticus de thesauris suis quos & quatos  
uiros habere testium sat est: Nonne melius est de his ali  
quid q̄ tantis uoluminibus de themistio loqui sint ista  
graecorum: q̄q̄ ab his philosophiam & omnes ingenuas  
disciplinas habemus sed tamen est aliquid quod nobis  
non liceat: liceat illis: pugnant stoici cum peripateticis alii  
negant quicq̄ esse bonum nisi quod honestum sit: Alteri  
plurimum se & longe: longeq; plurimu tribuere honesta  
ti: sed tamen & in corpore & extra esse quaedam bona & cer  
tamen honestum & disputatio splendida omnis est enim  
de uirtutis dignitate contentio at cum tuis cum differas  
multa sunt audienda etiam de obscenis uoluptatibus: de  
quib<sup>9</sup> ab Epicuro saepissime dicitur non potes igit ista tu  
eri Torquate. mihi crede sed si te ipse & tuas cogitationes  
& studia perspexeris: pudebit te inquam illi<sup>9</sup> tabulae qua  
Cleanthes sane commode uerbis pingere solebat: Iubebat  
eos qui audiebant secum ipsos cogitare pictam in tabula  
uoluptatem pulcherrimo uestitu & habitu regali in solio  
sedentem: praesto ee uirtutes ut ancillulas quae nihil aliud

agerent nullum suum officium ducerent: nisi ut uoluptati ministrarent & eam tantum ad aurem admonerent: si modo id pictura intelligi posset ut caueret ne quid perficeret imprudens: quod offenderet animos hominum aut quicquid ex quo oriretur aliquis dolor: Nos quidem uirtutes sic nate sumus ut tibi seruiremus, aliud negotii nihil habemus. At negat Epicurus (hoc enim uestrum lumen est) quicquid qui honeste non uiuat: iucunde posse uiuere. Quasi ergo id curem quid ille aiat aut neget: Illud quero quid ei qui in uoluptate summum bonum putat consentaneum sit dicere: Quid affers? cur Totius Postumi? cur chius cur omniū magister Orata non iucundissime uixerit: ipse negat ut ante dixi luxuriosorum uitam reprehendendam: nisi plane fatui sint id est nisi aut cupiant aut metuant: quare ambarum rerum quum medicinam pollicetur luxurie licentiam pollicetur: his enim rebus detractis negat se reperire in afortorum uita quod reprehendat. Non igitur potestis uoluptate omnia dirigentes aut tueri: aut retinere uirtutem nam nec uir bonus ac iustus haberi debet qui ne malum habeat abstinet se ab iniuria. Nosti credo illud non pius est qui pietatem cauet, caue quicquam putes esse uerius nemo enim dum metuit iustus est. & certe si metuere destiterit: non erit non metuit autem siue celare poterit siue opibus magnis quicquam fecerit: certeque malet obtinere existimari bonus uir ut non sit quam esse ut non putetur. Ita quod certissimum est pro uera certaque iustitia simulationem nobis iustitiae traditis: praecipitisque quodammodo ut nostram stabilem conscientiam contemnamus: aliorum erantem opinionem aucupemur: Quae dici eadem de caeteris uirtutibus possunt quarum omnium fundamenta uos in uoluptate tanquam in aqua ponitis Quid enim fortem ne possumus dicere eundem illum Torquatum? Delector enim quicquid te non possim ut ais corrumpere: delector inquam & familia uestra & nomine: et hercule modo uir optimus nostrique amantissimus Aulus torquatus uersatur ante oculos: cuius quantum studium & quae in signis fuerit erga me temporibus illis: quae nota sunt omnibus scire

necesse est utrūq; nostrum quae mihi ipsi qui uolo & esse  
& hēri gratus:grata nō essent:nisi eum aspicerem illū mea  
cā mihi amicum fuisse non sua:nisi hoc dicis:sua:q; interest  
omnium recte facere.Si id dicis uicimus. Id uolumus.  
Id contendimus ut officii fructus sit ipsum officium hoc  
ille tuus non uult omnibusq; ex rebus uoluptatem quasi  
mercedē exigit s; ad illum redeo si uoluptatis causa cum  
Gallo apud Anienem depugnauit prouocatus & ex eius  
spoliis sibi & Torquem & cognomen induit ullam aliaz  
ob causam nisi q; ei talia facta digna uiro uidebantur.for  
tem non puto: iam si modestia si pudicicia si uno uerbo  
temperantia poenae aut in famiae metu coercebuntur: nō  
sanctitate sua se tuebuntur quod adulterium:quod stu  
prum: quae libido non se proripiet ac proiciet: aut ocul  
ratione p̄posita:aut impunitate:aut licentia? Quid il  
lud Torquate quale tādē uideſ? te isto nomine: ingenio:  
gloria: quae facis:quae cogitas:quae contendis: quo refe  
ras.cuius rei causa perficere:quae conaris uelis: Quid op  
timum deniq; inuita iudices non audere in conuentu di  
cere? Quid:enim mereri uelis iam cum magistratum in  
ieris & in contionem:ascenderis Est enim tibi ediscendum  
quae sis seruaturus in iure dicendo & fortasse etiam si tibi  
erit uisum aliquid de maioribus & de te ipso dices more  
maiorum Quid merearis igitur ut dicas te in eo magistra  
tu omnia uoluptatis causa facturum esse:teq; nihil fecis  
se in uita nisi uoluptatis causa .An me inquis tam amen  
tem putas ut apud imperitos istomodo loquar? At tum  
eadem ista dic in iudicio:aut si coronam times: dic in se  
nату:nunquam facies.cur nisi q; turpis est oratio? Me ne  
ergo & Triarium dignos existimas apud quos turpiter lo  
quare? Verum esto uerbū ipsū uoluptatem nō habet di  
gnitatem nec nos fortasse intelligimus hoc enim idem  
tidem dicitis non intelligere nos uoluptatem quam dica  
tis.Rem uides difficilem & obscuram: Individua & inter  
mundia quae nec sunt ulla nec possunt esse intelligemus  
Voluptas q̄ passeribus oibus nota ē a nob̄ itelligi nō po

rest? Quid si efficio ut fatear me non modo quod sit uoluptas  
scire? Est enim iucundus motus in sensu sed & quid eam  
tu uellis esse? tum enim eam ipsam esse uis quam modo  
ego dixi: & nomen imponis in motu ut sit & faciat ali-  
quam uarietatem. Tum aliam quandam summam uolu-  
ptatem cui addi nihil potest eam tum adesse quum dolor  
omnis absit eamque stabilem appellas sit sane ista uolu-  
ptas: Dic in quo uis conuentu te omnia facere ne doleas  
si ne hoc quietem satis ample: satis honeste dici putas: dic  
te omnia & in isto magistratu & in omni uita utilitatis  
tuae causa facturum: Nihil nisi quod expediat nihil deni-  
que nisi tua causa quem clamorem contionis aut quam spe  
consulatus qui tibi paratissimus est futuram putes? eam  
ne rationem sequare qua tecum ipse & cum tuis utare. Pro-  
fiteri autem & in medium proferre non audeas? At uero  
illa quae peripatetici: quae stoici dicunt semper tibi in ore  
sunt in iudiciis: in senatu: officium: aequitatem: dignitate  
fidem: recta: honesta: digna: imperio: digna. p. r. omnia pi-  
cula pro re. p. mori pro patria: haec quum loqueris nos ba-  
rones stupemus: tu uidelicet tecum ipse rides: Nam inter  
ista tam magnifica uerba tanque Praeclara non habet ullum  
uoluptas locum non modo illa quam in motu esse dicitis  
quam omnes urbani: rustici: omnes inquam qui lati-  
ne loquuntur uoluptatem uocant sed ne haec quidem sta-  
bilis quam praeter uos nemo appellat uoluptatem. Vide  
ne non debeas uerbis nostris uti sententiis tuis? Quod  
si uultum tibi: si incessum fingeres quo grauior uidere  
non esses tui similis: Verba tu fingas: & ea dicas quae non  
sentias: aut & ut uestitum sic sententiam habeas: aliam do-  
mesticam: aliam forensem: ut in fronte ostentatio sit: Intus  
ueritas occultetur: uide quaeso rectua ne sit: Mihi quidem  
haec uere uidentur opiniones quae honeste: quae laudabi-  
les: quae gloriosae: quae in senatu: quae apud populum: quae  
in omni coetu: concilioque proferendae sint. Ne idem non  
pudeat sentire quod pudeat dicere? Amicitiae uero loci ubi  
esse potest aut quis amicus esse cuique? Quem non ipsum

amet propter ipsum? Quid autem est amate ex quo no-  
men amiciciae ductum est nisi uelle bonis aliquem affici  
quod maximis: etiam si ad se ex is nihil redeat: et prodest in-  
quis mihi in eo esse animo immo uideri fortasse esse eni-  
nisi eris non potes? Qui autem esse nisi te amor ipse ce-  
perit? Quod non sub dubia ratione utilitatis effici solet:  
Sed ipsuz a se oritur: & sua sponte nascitur: An. n. sequor  
utilitatem manebit ergo amicicia tam diu quam diu saequetur  
utilitas: & si utilitas amiciciam constituet tollet eadem.  
Sed quid ages tandem: si utilitas ab amicicia: ut fit saepe  
defecerit reliques? nequaquam ista amicicia est retinebis  
Qui conuenit? Quid enim de amicicia statueris utilita-  
tis causa expetenda: uides ne? in odium ueniam. si amicium  
destitero tueri. Primo quid ista res digna odio est? Num  
quid est turpe nisi quod est? Si nequo incommodo affi-  
ciare: non reliques amicium tamen ne sine fructu alligat?  
Sis ut moriatur optabis? Quod si non modo utilitatem  
tibi nullam afferet: sed iacturae rei familiaris erunt faciun-  
dae: labores suscipiendi adeundum uitae periculum. an  
ne tum quidem te respicies & cogitabis sibi quem natum  
esse & suis uoluptatibus. Vadem te ad mortem tyranno  
dabis pro amico ut Pythagorrus ille fecit Siculo tyranno  
Aut Pylades quum sis: te dices esse Orestem ut mori pro ami-  
co? Aut si esses Orestes Pyladem refelleres: te indicares: & si  
id non probares quo minus ambo una necaremini: non  
deprecare: faceres tu quidem Torquate haec omnia Nihil  
enim arbitror magna laude dignum quod te praetermis-  
surum credam aut mortis aut doloris metu: Non quaerit  
autem quid naturae tuae consentaneum sit: sed discipli-  
nae ratio ista quam defendis: praecepta quae didicisti: quae  
probas funditus euertunt amiciciam quam uis eam. Epi-  
curus ut facit in caelum efferat laudibus at: coluit ipse ami-  
cicias. Quasi quis illum neget & bonum uirum & comem  
& humanum fuisse: de ingenio eius in his disputationi-  
bus non de moribus quaeritur. Sit ista in graecorum leui-  
tate peruersitas. qui maledictis insectantur eos: aquibus

de ueritate dissentiunt. Sed quauis coram in amicis tue  
dis fuerit tamen si hec uera sunt nihil enim affirmo non  
satis acutus fuit. ad multis se probauit & quidem in rem  
fortasse: sed tamen: non grauissimum e testimonium mul  
titudinis i omni enim arte uel studio quauis scientia uel  
in ipsa uirtute: optimum quicq; rarissimum est at mihi  
quidem q; & ipse bonus uir fuit: & multi Epicurei fue  
runt & hodie sunt: et in amicitias fideles et in omni  
uita constantes et graues nec uoluptate: sed officio co  
silia moderantes hoc uidetur maior uis honestis et mi  
nor uoluptatis: Ita enim uiuunt quidam ut eorum ui  
ta refellatur oratio: atq; ut caeteri existimantur dicere me  
quam facere sic hi mihi uidentur facere melius: quam di  
cere. Sed hec nihil sane ad rem: Illa uideamus quae ate de  
amicitia dicta sunt. E quibus unum mihi uidebat ab ip  
so Epicuro dictum cognoscere amicitiam a uoluptate no  
posse diuelli: ob eamq; rem colenda esse. q; sine ea tuto & sic  
metu uiui non posset: nec iocunde quidem posset: satis e  
ad hoc respondendum: Attulisti aliud humanius horu  
recentioru. nuqua dictum ab ipso illo quod sciam. Primo  
utilitatis causa amicum expeti. Quum autem usus accessi  
isset tum ipsum amari propter se etia; omissa spe uolupta  
tis hoc et si. multis. modis reprehendi potest: tamen acci  
pio quod dat mihi enim satis est: ipsis non satis. nam ali  
quando posse recte fieri dicunt nulla expectata nec quae  
sita uoluptate. Posuisti autem dicere alios: foedus quoddam  
inter se facere sapientes quemadmodu sint in se ipsos ani  
mati: eodem modo sint erga amicos Id & fieri posse & sepe  
esse factum & ad uoluptates percipiendis maxime perti  
nere: hoc foedus facere si potuerunt faciant etiam illud ut  
aequitatem modestiam uirtutes omnes per se ipsas gratis  
diligant at uero si fructibus & emolumentis & utilitati  
bus amicitias colemus: si nulla caritas erit: quae faciat ami  
citiam ipsam sua sponte ui sua ex se & propter se expe  
tendam: Dubium est qui fundos & insulas amicis anpo  
poaus: licet hic rursus ea cu meores: quae optimis uerbis

ab Epicuro de laudibus amicitiae dicta sunt. Non quero  
quid dicat, sed quid conuenienter rationi possit & senten-  
tiae suae dicere: utilitatis causa amicitia est quaesita Num  
igitur utiliore: tibi hunc Triarium putas esse posse q̄ si  
tua sit puteolis gramina Collige omnia quae soletis prae-  
sidiū amicorum satis est tibi in te satis in legibus: satis &  
in mediocribus amicitis praesidium iam contemnere nō  
poteris: odium autem & inuidiam facile uitabis. Ad eas  
enim res ab Epicuro praecepta dantur & tamen non tātis  
uestigabilibus ad liberalitatem utens eis sine hac Pyladea  
amicicia multoz te beniuolētia praeclarā & tuebete & mi-  
nies. At quicum ioca: seria: ut dicitur: quicū arcana: quicū  
oculta omnia: tecum optime deinde etiam cum mediocri  
amico Sed fac ista esse non importuna, quid ad utilitatē  
tantae pecuniae. Vides igitur si amicitiam sua caritate me-  
tari: nihil esse prestantius in emolumento summas fa-  
miliaritates: praediorum fructuosorum mercede superari  
me ipsum igitur ames oportet nō mea: si ueri amici futuri  
sumus Sed in rebus apertissimis nimium lōgi sumus. Per-  
fecto enim et cōcluso nec uirtutibus: nec amicitis usq̄ locū  
esse si ad uoluptatem omnia referātur: Nihil praeterea ma-  
gnopere dicendum Attamē ne cui loco non uideatur esse  
responsum: Pauca etiam nunc dicam ad reliquam oratio-  
nem tuam. Quoniam igitur omnis summa philosophie  
ad beate uiuendū refertur: Idq̄ unum expetentes hoīes  
se ad hoc studium contulerunt. Beate autem uiuere alii in  
alio uos in uoluptate ponitis: Item contra omnem in-  
felicitatem in dolore: Id primum uideamus beate uiuere  
quale uestrum sit. Atq̄ hoc dabitur ut opinor si modo sit  
aliquid beatum esse id oportere totum poni in potestate  
sapientis. Nam si amitti beata uita potest: uita beata  
eē non pōt. Quis enī confidit semp illud sibi stabile & fir-  
mū p̄mansurū quod fragile & caducū sit? Qui aut diffidet  
perpetuitati bonorum suorum: timeat necesse est: ne ali-  
quando amissis illis sit miser. Beatus autem esse in maxi-  
marum rerum timore nemo potest nemo igitur esse bea-



tus potest. Neq; enim in aliqua parte: sed in perpetuitate temporis uita beata duci solet. Neq; appellatur omnino uita beata nisi confecta atq; absoluta: neq; postet quisq; alias beatus esse: alias miser. Qui enim æstimabit posse se miserum esse beatus non erit. Nam quum semel est suscepta beata uita tam permanet q̄ ipsa illa effectrix beatæ uitæ sapientia: Neq; expectat ultimū tempus ætatis quod Cæso scribit Herodotus præceptum a Solone. Etenim quæadmodum uite bicebas: negat Epicurus diuturnitatē quidem temporum ad beate uiuendū aliquid afferre nec minorem uoluptatem percipi in breuitate temporis quā si illa sint sempiterna hæc dicuntur inconstatissime: quū enim summū bonū in uoluptate ponat: negat in finito tēpore ætatis uoluptem fieri maiore q̄ finito atq; modico. Qui bonum omne in uirtute ponit: Is potest dicere perfici beatā uitā perfectione uirtutis negat enim sūmo bono afferre in cōmētum diem. Qui aut uoluptatē uitā effici beatam putabit: qui sibi is conueniet: si negabit uoluptatem crescere longiquitate? Igitur ne dolorem quide; An dolor longissimus quisq; miserimus? uoluptatem non optabiliorem diuturnitas facit? Quid est igitur cur ita semper deum appellet Epicurus beatum & æternum? depta enim æternitate nihilo beatior Iuppiter: quam Epicurus uterq; enim summo bono fruitur idest uoluptate. At enim hic etiam dolore aut eum nihil facit: ait enim se se si uratur Quam hoc suaue dicturum qua igitur te a deo uincitur si æternitate non uincitur? In qua quid est boni præter summam uoluptatem & eam sempiternā? Quid ergo attinet gloriose loqui nisi constanter loquere? In uoluptate corporis ad eam si uis animi: dum ea ipsa ut uultis sit quod & corpore situm est uiuere beate. Quid istam uoluptatem perpetuam quis potest præstare sapienti nā quibus rebus efficiuntur uoluptates hæc non sunt i potestate sapientis nō enim i ipsa sapientia positū ē beatū eē sed in his rebus quas sapientia comparat ad uoluptatem. Totum autem id extrinum: & quod externum: Id in casu

est: Ita fit beatae uitae domina fortuna: quam Epicurus ait  
exiguam interuenire sapienti. Age inquit ista parua sunt  
sapientem locupletat ipsa natura cuius diuitias Epicurus  
ipse parabiles esse docuit. Haec bene dicuntur: nec ego re  
pugno sed inter se ipsa pugnat. Negat. n. tenuissio uictu. i.  
contemptissimis aescis & potionibus minorem uolupta  
tem percipi: q̄ rebus exquisitissimis ad epulandum huic  
ego si negaret quidq̄ inter esse ad beatae uiuendum quali  
uteretur uictu: concederem: laudare; etiam uerum enim  
diceret. Idq̄. Socratem: qui uoluptatem nullo loco nume  
rat audio dicentem cibi condimentum esse famem: potiois  
siti sed qui ad uoluptatem omnia referens uiuit ut Gal  
lonius ut frugi ille Piso non audio nec enim cum quid  
sentiat dicere existimo. Naturales diuitias dixit parabiles  
esse quod paruo esset natura contenta certe nisi uoluptate  
tanti aestimaretis. Non minor iquit uoluptas percipitur  
ex uilissimis rebus: q̄ ex praeciosissimis hoc est non mo  
do cor non habere: sed ne pallatum quidem. Qui eni  
uoluptatem ipsam contemnunt his licet dicere se accipen  
serem menae bon anteponere. Cui uero in uoluptate sum  
mum bonum est: huic omnia sensu: non ratione sunt iu  
dicanda: eaq̄ dicenda optima quae sunt suauissima: uerū  
isto modo consequatur summas uoluptates non modo  
paruo: sed ferme nihilo si potest. Sit uoluptas non minō  
in Hasturtio illo quo uesci perlas esse solitos scribit Xe  
nophō: q̄ in Syracusanis mensis: quae a Platone grauer  
uituperantur: sit inquam tamen facilis quam uultis com  
peratio uoluptatis. Quid de dolore dicem? cuius tanta  
tormenta sū ut in his beata uita (si modo dolor summū  
malū ē) eē nō possit ipse enim Metrodorus pene aliter q̄  
Epicurus beatum esse describit his fere uerbis: quū corpus  
bene constitutū sit: & sit exploratū ita futurū. An id ex  
ploratum cuiq̄ potest esse quo modo sese habiturū sit cor  
pus: non dico ad annum: sed ad uesperam? Dolor igitur  
si summum malum metuētur semper etiam si non aderit  
Iam enim adesse poterit. Qui potest igitur habitare i bea

ta uitā summi mali metus? traditur inquit ab EPICURO ra-  
tio negligendi doloris: Iam ipsum absurdum: maximum  
malum negligi. Sed quae tandem ista ratio est? Maximus  
dolor inquit breuis est primum quid tu dicis breue: deīn  
dōlorem tam maximū? Quid enim sumus dolor: plures  
dies manere non potest: uide ne etiam menses: nisi forte  
eum dicis qui simulatq; atipuit interficit. Quis istū do-  
lorem timet? Illum malleu leuates: quo optimum atq;  
humanissimum uirum. GN. octauū. M filiū familiarem  
meūm confici uidi nec uero semel: nec ad breue tempus  
& saepe plane & diu. Quos dii immortales ille quum oēs  
artus arderē uiderentur cruciatus perferebat: Nec tamen  
miser esse sed quia summum id malum non erat tātūmo-  
do laboriosus uidebatur: At miser si in uitiōsa: & flagitio-  
sa uita afflueret uoluptatibus. Quid aut magnum dolorē  
breuem: longinquū leuem esse dicitis. Id non intelligo  
quale sit. Video enim & magnos & eosdem bene longin-  
quos dolores: Quaedam alia toleratio est uerior qua uti  
uos non potestis: qui honestatem ipsam per se non ama-  
tis. fortitudinis quaedam praecepta sunt ac pene leges: q̄  
effeminari uirum uetāt in dolore. Quam ob rem turpe  
putandum est nō dico dolore nā id quidē est interdū ne-  
cesse: Sed saxū illud lemniū clamore Philoctetaeo fune-  
stare: quod eiulatu: & quaestu: gemitu: fremitibus resona-  
do mutū flebiles uoces referit: huic Epicurus comparet se  
& si potest: cui uiperio mortu uenae uiscerum ueneno im-  
butae tetros cruciatus ciēt: Sit Epicurus Philocteta si gra-  
uis dolor breuis. At iam decimū annum in spelunca ia-  
cet: Si longus leuis dat enim interualla: & relaxat. Primū  
non spē quae deinde est ista relaxatio: quū & praeteriti do-  
loris memoria recens est: & futuri atq; ipudētis torquet ti-  
mor: moriatur inquit fortasse id optimum: Sed ubi illud  
plus semper uoluptatis: si enim ita est uide ne facius fa-  
cias: quum mori suadeas potius. Ergo illa dicantur tur-  
pe esse uiro debilitari: dolore frangi: succumbere nam ista  
uestra si grauis breuis: si longus leuis dictata sunt uirtutis

magnitudinis animi: patientiae: fortitudinis fomentis: dolor mitigari solet. Audi ne longe abeam moriens: quod dicat Epicurus: et intellige facta eius cum dictis discrepare: Epicurus hermi salutem. Quum ageremus inquit vitae beatum & eundem supremum diem: scribebamus haec tanti autem morbi aderant uescicæ & ulcerum ut nihil ad eorum magnitudinem possit accedere: Ecce miserum hominem: si dolor summum malum est dici aliter non potest: sed audiamus ipsum: Compensabatur tamen inquit cum his omnibus animi lætitiâ quam capiebam memoria rationum: iuentorumque nostrorum: Sed tu ut dignum tua erga me & erga philosophiam uoluntate ab adolescentulo suscepta: fac ut Metrodori tueare liberos: non ego iam Epamiandæ non Leonidæ mortem: huius morti anpono: quorum alter quum uicisset Lacedemonios apud mantineam simulatque ipse graui uulnere exanimari uideret se ut primum despexit quaesiuit saluum ne esset clypeus quum saluum esse flentes sui respondissent rogauit essent nefusi hostes quumque id quoque ut cupiebat audiuisset euelli iussit eam qua erat transfixus hastam ita multo sanguine profuso in lætitiâ & uictoria est mortuus: Leonidas autem rex Lacedemoniorum se in thermophlis trecentosque eos quos eduxerat Spartha quum esset proposita aut fuga turpis: aut gloriosa mors: opposuit hostibus. Praeclare mortes sunt imperatoriae philosophi autem in suis lectulis plerumque moriuntur Refert tamen quod sibi uidetur esse morienti magna laus compensabatur inquit cum summis doloribus lætitiâ. Audio equidem philosophi uocem Epicure sed quod tibi dicendum sit oblitus es primum enim si uera sunt ea quorum recordatione te gaudere dicis: hoc est si uera sunt tua scripta & inuenta: gaudere non potes. Nihil enim iam habes quod ad corpus referas. Est autem a te semper dictum nec gaudere quemquam nisi propter corpus nec dolere praeteritis inquit gaudeo quibusnam praeteritis? si ad corpus pertinentibus rationes tuas te uideo compensare cum istis doloribus: non memoriam: corpore praeceptorum uo-

luptatum. Si autem ad animum: falsum est quod negas ani-  
mi ullum esse gaudium quod non referatur ad corpus: cur  
deum Metrodori liberos commendans: quid isto tuo egregio  
officio: & tanta fide sic enim existimo ad corpus refers?  
Huc & illuc Torquate uos uersetis licet: nihil in hac prae-  
clara epistola scriptum ab Epicuro congruens & conueni-  
ens decretis eius reperietis. Ita redarguitur ipse a se: Ve-  
niuntque scripta eius probitate ipsius ac moribus: Nam ista  
commendatio puerum memoria & caritas amicitiae sum-  
morum officiorum in extremo spiritu conseruatio indi-  
cat: inatam esse homini probitatem gratuitam: non inui-  
tatam uoluptatibus nec praemiorum mercedibus euocata  
Quod enim testimonium maius quaerimus: quae hone-  
sta et recta sint ipsa esse optabilia per se: Quum uideamus  
tanta esse officia morientis. Sed ut Epistolam laudadam  
arbitror: eam quam modo totidem fere uerbis interpretatus  
sum: quae ea cum sententia eius philosophi nullomodo con-  
gruebat: sic eiusdem testamentum non solum philosophi  
grauitate sed etiam ab ipsius sententia iudico discrepare  
scripsit enim & multis saepe uerbis & breuiter apteque in eo  
libro quem modo nominavi mortem nihil ad nos pertinere.  
Quod enim dissolutum sit id esse sine sensu. Quod au-  
tem sine sensu sit: id nihil omnino ad nos pertinere: hoc  
ipsum elegantius poni: meliusque potuit. Nam quod ita  
positum est quod dissolutum sit id esse sine sensu. Id  
eiusmodi est ut non satis plane dicat quid sit dissolutum:  
sed tamen intelligo quid uellit. Quare autem quid sit  
quod cum dissolutione .i. morte sensus omnis extinguitur:  
& quum reliqui nihil sit omnino quod pertineat ad nos  
tam accurate: tamque diligenter caueat: & sanciat ut Anthi-  
nomachus & Thimocrates haeredes sui de haeremie scia-  
dent quod satis sit ad diem agendum natalem suum quot  
annis mense ganidipnae. Itemque omnibus mensibus ui-  
cessimo die lune dent ad eorum epulas: qui secum una  
philosophati sint: ut & sui & Metrodori memoria colatur  
Haec ego non possum dicere non esse hominis & belli &

humani: sapientis uero nullo modo: phisici præsertim  
quē se ille uult putari ullū esse cuiq̄ diē natalem. Quid?  
nere ne potest esse dies saepius qui semel fuit? Certe nō po-  
test. an eiusdemodi: ne id quidem si cum multa annorū  
intercesserint millia & oīum siderum eodem unde profe-  
cta sint fiat ad unum tempus reuectio. Nullus est igitur  
cuiusq̄ dies natalis. At habetur & ego scilicet id nesciebam.  
Sed ut sit: etiam ne post mortem coletur: Idq̄ testamento  
cauebitis: qui nobis quasi oraculum ediderit: nihil post  
mortem ad nos pertinere. Hæc non erant eius qui innū-  
merabiles mundos: infinitasq̄ regiones quatum nulla eēt  
ora nulla extremitas: mente peragrauisset. Nunquid tale  
Democritus? ut alios omittam. Hunc appello quē ille unū  
secutus est. Quod si dies notandus fuit: eumne potius  
quū natus: an eum quo sapiens factus est: non potuit in-  
quies fieri sapiens nisi natus esset & isto modo ne si aīa  
quidem eius nata non esset res tota Torquate non do-  
ctorum hominum uelle post mortem epulis celebrari me-  
moriam sui nominis: quos quidē dies quemadmodum  
agatis: in quantam hominum facetosam urbanitatem i-  
curratis non dico. Nihil opus est litibus tantum dico ma-  
gis fuisse uestrum agere Epicuri diem natalem quam illū  
testamento cauere ut ageretur sed ut ad propositum re-  
uertamur: De dolore enim quum diceremus: ad istam  
epistolam delati sumus: nunc totum illud concludi sic li-  
cet. Qui in summo malo est iste quum in eo est: non est  
beatus. Sapiens autem semper beatus est. & est aliquando  
in dolore. Non est igitur summum malum dolor: Iam il-  
lud quale tandem est bona præterita non esluere sapienti  
mala meminisse non oportere. Primum in nostra ne pote-  
state est. Quid meminerimus? Themistocle quidem qu-  
um ei Simonides aut quis alius artem memoriæ pollice-  
retur: obliuionis inquit mallet. Nam meminisse etiam  
quæ nōlo obliuisci non possum quæ uolo. Magno hic in-  
genio: Sed res se tamen sic habet: ut nimis imperiosi phi-  
losophi sit uetare meminisse. Videtne ista Manliana

uestra ut maiora & si impetres quod facere non possim: qd  
si etiam iucunda memoria est praeteritorum malorum ut  
prouerbia non nulla ueriosa sint quam uestra dogmata.  
Vulgo enim dicitur iucunde acti labores: Nec male Euri-  
pides concludam si potero latine graecum enim huc uer-  
sum nostris omnes. Suauis est laborum praeteritorum me-  
moria: Sed ad bona praeterita redeamus. Quae si a nobis  
talia dicerentur: qualibus. C. Marius uti poterat, ut expul-  
sus egens in palude demersus: Trophaeorum recordatiōe  
leuaret dolorem suum audirem & plane probarem. Nec  
enim absolui beata uita sapientis: nec ad exitum perducī  
poterit si prima quaeque bene ab eo consulta atque facta ip-  
sius obliuione obruerentur: Sed uobis uoluptatum perce-  
ptarum recordatio beatam uitam facit & quidem corporis  
perceptarum. Nam si quae sunt aliae: falsum est omnis animi  
uoluptates esse e corporis facietate. Corporis autem uolu-  
ptas etiam si praeterita delectationem non intelligo cur Aristote-  
les Sardanapali epigramma tantopere derideat. In quo  
ille rex Syriae gloriatur se omnes secum libidinum uolu-  
ptates abstulisse quod enim ne uiuus quidem inquit diu-  
tius sentire poterat dum uita fruebatur. Quomodo id  
potuit mortuo permanere: fluit igitur uoluptas corporis  
& prima quaeque auolat utraiebat saepiusque relinquit cau-  
sas poenitendi quam recordandi. Itaque beator Africanus cum  
parua illo modo loquens. Desine Roma tuos hostes reli-  
qua que praecclare neque tibi monumenta: mei peperere  
labores laboribus hic praeteritis gaudet tu iubet uolupta-  
tibus hic se ad ea reuocat e quibus nihil unquam retule-  
rit ad corpus tu totus haeres in corpore. Illud autem ipsum  
qui obtineri potest quod dicitis omnes animi & uolupta-  
tes & dolores ad corporis uoluptates ac dolores pertinere  
Nihil ne te delectat unquam (uideo quicum loquar) Te igitur  
Torquate ipsum per se nihil delectat. Omitto dignitatem  
honestatem spem ipsam uirtutum: de quibus ante dictum est  
haec leuiora ponam: poema: & orationem quum aut  
scribis aut legis: quum omnium factorum: quum regio-

nūm conquiris historiam: signum tabula locū: amoenus  
lud: uenatio uilla luculli (nam si tuam dicerem latebram  
haberes ad corpus diceres pertinere Sed ea quae dixi ad  
cōpus ne refers An ē aliquid quod sponte delectet. Aut p  
tinacissimus fueris si in eo perstiteris ad corpus ea quae di  
xi rēferret: aut deleueris totam Epicuri uoluptatem si nega  
ueris: Quod uero late disputatum est maiores esse uolu  
ptates & dolores animi: q̄ corporis: quia triam tem  
porum particeps animus fit: corpore autem praesentia  
solum sentiatur qui probari potest: Ut is q̄ propter  
me aliquid gaudeat animo uoluptas oritur propter  
uoluptatem corporis: & maior est animi uoluptas q̄  
corporis Ita fit ut gratulator laetior sit q̄ is cui gra  
tuletur: sed dum efficere uultis beatum sapientem qu  
tum maximas animo uoluptates percipiat: omnibusq̄  
partibus maiores q̄ corpore: quid: occurrat non uideris  
animi enim quoq̄ dolores percipiet omnibus partibus  
maiores corpore: Ita miser sit aliquando necesse est is quē  
uos beatum semper uultis esse nec uero id dum omnia  
ad uoluptatem: doloremq̄ referetis. efficientis unquam  
Quare aliquid aliud Torquate hominis summum bo  
num reperiendum est. Voluptatem bestis concedamus:  
quibus uos de summo bono testibus uti soletis. Quid si  
& bestiae multa faciunt duce sua quaeque natura partim  
indulgenter uel cū labore ut in gignendo: in educando p  
facile appareat aliud quidam his propositum non uolu  
ptatem. Cicures & cursu & peregrinatione laetantur: cōgre  
gatione alie ceterū quodāmodo ciuitatis imitantur: Vide  
mus in quodam uoluctum genere non nulla indicia pie  
tatis cognitionem memoriam: In multis & disciplinā er  
go in bestiis erunt secreta a uoluptate humanarum quae  
dam simulacra uirtutum: In ipsis hominibus uirtus nisi  
uoluptatis causa nulla erit: & homini qui caeteris animā  
tibus plurimum praestat praecipue a natura nihil datum  
esse dicemus: nos uero siquidem in uoluptate sint om  
nia: longe multumq̄ superamus a bestiis quibus



ipsa terra fundit ex sese passus uarios: uariae que abundātes nihil laborantibus: nobis autem aut uix: aut ne uix quidem suppetunt multo labore quærentibus nec tamē ullo modo summum pecudū bonum & hominis idem mihi uideri potest. Quid enim tanto opus est instrumento in optimis artibus comparandis? Quid tanto concursu optimorum studiorum: tanto uirtutum comitatu: si ea nullam ad aliam rem nisi ad uoluptatem conquiruntur? Ut si Xerxes quum tantis classibus: tantisque equestribus & pedestribus copiis: Hellesponto iuncto Athone perfollo maria ambulauisset: terramque nauigasset: Si cum tanto impetu in graeciam uenisset: causam eius quis ex eo quaerere tantarum copiarum tantique belli mel se afferre ex hymeto uoluisse diceret certe sine causa uideretur tanta conat? Sic nos sapientem plurimis & grauissimis artibus atque uirtutibus instructum & ornatum: non ut illum: maria pedibus pagrantem classibus montes: sed omne caelum totamque cum uniuerso mari terram mente complexum uoluptatem petere si dicemus: mellis causa dicemus tanta molitum. Ad altiora quaedam & magnificentiora mihi crede: Torquate nati sumus nec id ex animi solum partibus: in quibus inest memoria rerum: innumerabilium in te quidem infinita inest coniectura consequentium non multum adiuuante natione differens: Inest moderator cupiditatis pudor inest ad humanam societatem iustitiae fida custodia: Inest imperpeciendis laboribus: adeundisque periculis firma & stabilis doloris mortisque contemptio. Ergo haec in animis: tu autem & membra ipsa sensusque considera: qui tibi ut reliquae corporis partes: non comites solum uirtutum: sed ministri & uidebantur. Quid si in ipso corpore multa uoluptati proponenda sunt: ut uires ualitudo: uelocitas: pulchritudo. Quid tandem in animis censes. in quibus doctissimi illi ueteres inesse quiddam caeleste & diuinum putauerunt? Quid si esset in uoluptate summum bonum (ut dicitis) optabile esset in uoluptate maxima: nullo interuallo interiecto dies noctesque uersari. quum omnes sensus dulcedine omni quasi

perfusi mouerentur. Quis est autem dignus nomine hominis qui unum diem totum uelit esse in isto genere uoluptatis: Cyrenaici quidem non recusant: uestri hec uere cundius: Illi fortasse constantius: Sed Iustremus animo non as maximas artes quibus qui carebant inertes a maioribus nominabantur. Sed quaero num existimes: non dico Homerum: Archilochum: Pindarum: Sed Phidiam: Polycletum: Zeuxin ad uoluptates suas artes direxisse Ergo opifex plus sibi proponet ad formatum: q̄ ciuis excellens ad factorum pulcritudinem: Quae autem e alia causa erroris tanti tam longe latequae diffusi: nisi quod is qui uoluptatem summum bonum esse decernit non cum ea parte animi in qua inest ratio: atq; consiliū sed cum cupiditate: idest cum leuissima parte deliberat Quaero enim ex te si sunt dii: ut uos etiam putatis qui possunt esse beati: quum uoluptates corpore percipere nō possunt aut si sine eo genere uoluptatis beati sunt cur similem animi usum in sapiente esse nolitis: lege laudationes Torquate non eorum qui sunt ab homero laudati: non Cyri: non Agefilai: non Aristidis: non Themistoclis: non Philippi: non Alexandri: lege nostrum hominum lege uestrae familiae neminem uidebis ita laudatum: ut artifex callid⁹ comparandarum uoluptatem diceretur: nō elo gia monumentorum id significant: uelut hoc ad portam ore uno plurimae consentiunt gentes Populi primarium fuisse uirum: id ne concessisse de Calatino plurimas gentes arbitramur: primarium populi fuisse: q; praestantissimus fuisset in conficiendis uoluptatibus? Ergo in his adolescentibus bonam spem esse dicemus & magnam indolem: quos suis commodis inseruituros: & quid ipsis expediat facturos arbitramur? Nonne uidemus quanta perturbatio rerum omnium consequatur? quanta confusio? tollitur beneficium: tollitur gratia: quae sunt uincla concordiae. Nec enim si tuam ob causam cuiquam commodes beneficium illud habendum est: s; fr̄neratio: nec gratia debet uideri ei: qui suaz ob causam commodaue

rit. Maximas uero uirtutes iacere omnes necesse est: uoluptate dominante sunt & turpitudines plurimae quae nisi honestis natura plurimum ualeat cui non cadat in sapientem non est facile defendi. Ac ne plura complectar sunt enim innumerabilia: bene laudata uirtus uoluptatis additus intercludat necesse est. Quod iam a me expectare noli Tute introspice in mentem tuam ipse: eamque omni cogitatione pertractans percontare ipse te: perpetuis ne malis uoluptatibus perfluens in ea quam saepe usurpabas tranquillitate degere omnem aetatem sine dolore assumpto & illo quod uos quidem adiungere soletis: sed fieri non potest sine doloris metu. An quum de omnibus gentibus optime merere: quum opere indigentibus salutem que ferres: uel Herculis perpeti erumnas: sic enim maiores nostri labores non fugiendos: tristissimo tamen uerbo aerumnas etiam ut uideo nominauerunt: exigerent ex te: cogere meque ut responderes: nisi uererer ne Hercule ipsum ea quae pro salute gentium summo labore gessisset: uoluptatis causa gessisse diceres. Quae quum dixissem habeo inquit Torquatus ad quos ista referam & quamquam aliquid ipse poteram: tamen inuenire malo paratiores familiares nostros. Credo Syronem dicis & Polydemum: cum optimos uiros tum doctissimos homines. Recte inquit intelligis age inquam: sed erat equius Triarium aliquid de nostra dissensione iudicare. Immo inquit arridens inquam hac quidem de re: Tu enim ista leuius hic stoicorum more nos uexat. Tu Triarius post hac quidem inquit audacius nam haec ipsa mihi erunt in promptu quae modo audiui: nec ante aggrediar: quam te ab istis quos dicis instructum uideo. Quae quum essent dicta sine fecimus & ambulandi & disputandi.

Explicit Liber secundus

Incipit Tertius Liber.

**OLVPTATEM QUIDEM BRUTE SI**  
ipsa pro se loquatur nec tam pertinaces ha-  
beat patronos concessuram arbitror conui-  
ctam superiore libro dignitati: & enim sit im-  
pudens: si uirtuti diutius repugnet: Aut si honestis iu-  
cunda anteponat aut plus esse contendat dulcedinem  
corporis: & titillansem ex ea re natam letitiam: q̄ grauitatē  
animi atque constantiam. Quare illam quidem di-  
mittamus: & suis se finibus tenere iubeamus: ne blandi-  
tiis eius illecebrisq; impediatur: disputandi seueritas.  
Quaerendum est enim ubi sit illud summum bonum:  
quod reperire uolumus quoniam etiam uoluptas ab eo  
remota est: & eadem fere contra eos dici possunt: qui  
inacuitatem doloris finem bonorum esse uoluerunt. Nec  
uero ita ullum probetur summum bonum ut uirtute  
careat: qua nihil possit esse praestantius. Itaque q̄q; i  
eo sermones: qui cum Torquato est habitus non re-  
missi fuimus: tamen haec actiore cū stoicis parata conten-  
tio. Quae enim de uoluptate dicuntur ea nec acutissime  
nec abscondite differuntur. Neq; enim qui defendunt eā  
uersuti in differendo sunt nec qui contra dicunt causam  
difficilem repellunt. Ipse etiam dicit Epicurus: nec argu-  
mentandum quidem esse de uoluptate: quod sit positum  
eius iudicium in sensibus: ut commoneri nos satis sit ni-  
hil attineat doceri. Quare illa nobis simplex fuit: in utrā  
q; partem disputatio. Nec enim i Torquati sermone quic-  
q; implicitum: aut tortuosum fuit: nostraq; ut mihi uide-  
tur lucida oratio. Stoicorum aut non ignoras q̄ sit subtile  
& spinosum potius differendi genus. Idq; cum graecis:  
tum magis nobis: quibus etiam uerba parienda sunt: in-  
ponenda q; noua nouis rebus nomina. Quod quidem ne-  
mo mediocriter doctus mirabitur: cogitans in omni at

re: cuius usus uulgaris communisq; non sit multam noui-  
tatem nominum esse: quum constituantur earum rerum  
uocabula quae in quaq; arte uersentur. Itaque & dialecti-  
ci & physici uerbis utuntur iis: quae ipsi graeciae nota non  
sunt. Geometrae uero: Musici: Grammatici etiam more quo-  
dam loquitur suo. Item ipsae rhetorum artes quae sunt  
totae forenses atque populares: uerbis tamen in dicendo  
quasi priuatis utuntur ac suis: Atq; ut omittam has artes  
elegantes & ingenuas: nec opifices quidem tueri sua arti-  
ficia possent nisi uocabulis uterentur nobis incognitis usi-  
tatis sibi. Quin etiam agricultura quae ab horet ab omni  
politioe elegantia: tamen eas res in quibus uersatur nomi-  
nibus notauit nouis quo magis hoc philosopho facien-  
dum est. Ars est enim philosophia uitae de qua differens  
arripere uerba de foro non potest. Quamq; ex omnibus  
philosophis Stoici plurima nominauerunt. Zeno quoq;  
eorum princeps: non tam rerum inuentor fuit: quam. no-  
uorum: uerborum: quod si in ea lingua: quam pleriq; ube-  
riorem putant: concessum a graecia est: ut doctissimi ho-  
mines de rebus non peruulgatis inusitatis uerbis uteren-  
tur. Quanto id uel nobis magis est concedendum qui  
ea nunc primum audemus attingere: & si quod saepe di-  
ximus: & quidem cum aliqua quaerela. non graecorum  
modo sed etiam eorum: qui se graecos magis q̄ nostros ha-  
beri uolunt nos non modo non uinci a graecis uerborū  
copia sed esse in ea etiam superiores: elaborandum est: ut  
hoc non in nostris solum artibus: sed etiam in illorum: ip-  
sorum consequamur. Quamq; ea uerba quibus ex insti-  
tuto ueterum utimur: pro latinis: ut philosophia: ut rheto-  
rica dialectica: grammatica: geometria: musica: & astrolo-  
gia: q̄q; latine ea dici poterant tamen quoniam usu perce-  
pta sunt nostra ducamus: atque haec quidem de rerum  
nominibus: de ipsis rebus autem saepe numero Brute ue-  
reor ne reprehendar: quum haec ad te scribam: qui tū in  
philosophia: tum in optimo genere philosophiae tantum  
procelleris: quod si facerem: quasi te etudens iure repre-

henderet: sed ab eo plurimum absum. Neque ut ea cogno-  
scas: quæ tibi notissima sunt: ad te mitto: sed quia facillime  
in nomine tuo acquiesco: & quia te habeo equissimum  
eorum studiorum: quæ mihi communia tecum sunt: æsti-  
matorem & iudicem. Attendes igitur ut soles diligenter  
eamque controuersiam diiudicabis: quæ mihi fuit cū au-  
culo tuo diuino: ac singulari uiro. Nam in Tusculano  
quum essem uellemque Bibliotheca pueri Luculli quibus-  
dam libris uti ueni in eius uillam ut eos ipse uel solebam  
inde promerem: quo quum uenissem. M. Catonem: quem  
ibi esse nescieram uidi in Bibliotheca sedentem multis  
cum fuscis Stoicorum libris: erat enim in eo: ut scis: inex-  
hausta audita: legendi: nec fatiari poterat. Quippe quæ nec re-  
prehensionem quidem uulgi inanem reformidans in ip-  
sa curia soleret legere sæpe: dum senatus coëgeretur. Nihil  
opere seip. detrahens: quo magis: tum in summo ordo:  
maximamque copia quasi belluo librorum: si hoc uerbo: tam  
in clara re utendum est: uidebatur. Quod quum accidisset  
ut alter alterum: nec opinato uiderem: surrexit statim: de-  
inde prima illa quæ in congressu solemus. Quid tu in-  
quit huc a uilla enim credo: & si ibi te esse ipse sciuissem:  
ad te ipse uenissem heri: Inquam ludis commissis ex ur-  
be profectus ueni ad uesperam: causa enim fuit huc ueni-  
endi: ut quosdam hinc libros promerem: & quidem Ca-  
to hanc totam copiam iam Lucullo nostro notam esse  
oportebit nam his libris eum malo quam reliquo orna-  
tu uillæ delectari. Est enim mihi magnæ curæ: quæ quidē  
hoc ppium tuum munus est: ut ita erudiatur ut & patri  
& Scipioni nostro: & tibi tam ppinquo respondeat. La-  
boro autem non sine causa nam & aui eius memoria  
moueor: Nec enim ignoras quanti fecerim Scipionem: quæ  
ut opinio mea fert in principibus iam esset si uiueret: &  
Lucullus mihi uersatur ante oculos uir tum omnibus ex-  
cellens: tum mecum & amicitia: & omni uoluntate sentē-  
tiaque coniunctus. Præclare inquit facis quum & eo-  
rum memoriam tenes. Quorum uterque tibi testamen-

ro liberos suos commendauit: & puerum diligis. Quid au-  
tem meum munus dicis: non equidem recuso sed te adiū-  
go socium: addo etiam illud: multa iam mihi dare signa  
puerum & pudoris: & ingenii sed etatem uides: uideo  
equidem in: quam: sed infici tamen iam debet his artibus  
quas si dum est tener combibet: ad maiora ueniet para-  
tior sic equidem diligentius saepiusque ista loquemur in-  
ter nos agemusque communiter: sed resideamus inquit si  
placet. Itaque fecimus tum ille tu autem quum ipse ta-  
tum librorum habeas quos hic tandem requiris comen-  
tarios. Quosdam inquam Aristotelicos: quos hic sciebam  
esse ueni: ut auferrem quos legerem dum essem ociosus  
quod quidem nobis: ut scis non saepe contingit. Quam  
uellem inquit: ut te ad Stoicos inclinasses: erat enim si cu-  
ius quam certe tum nihil praeter uirtutem in bonis ducere.  
Vide ne magis inquam tum fuerit: cum re idem tibi quod mi-  
hi uideretur non noua te rebus nomina imponere ratio  
enim nostra consentit oratio pugnat: minime uero inquit  
ille consentit. Quicquid enim praeter id quod honestum  
sit expetendum esse dixeris: in bonisque numeraueris: &  
honestum ipsum quasi uirtutis lumen extinxeris: & uir-  
tutem penitus euerteris. Dicitur ista Cato magnifice inquit  
sed uides ne uerborum gloriam tibi cum Pyrrone & cum  
Aristone: qui omnia exequent esse communem. De qui-  
bus cupio scire quid sentias: Ego ne queris inquit scire  
quid sentiam? Quos bonos uirtutes fortes iustos: modera-  
tos: aut audiuimus in republica fuisse aut ipsi uidimus:  
qui sine ulla doctrina naturam ipsam secuti multa lau-  
dabilia fecerunt eos melius a natura institutos fuisse quam in-  
stitui potuissent a philosophia: si ullam aliam probauis-  
sent praeter eam quae nihil aliud in bonis habet nisi honestum  
nihil nisi turpe in malis. Caeterae philosophorum discipli-  
nae omnino alia magis alia minus: sed tamen omnes quae rem ullam  
uirtutis expetent: aut in bonis: aut in malis numerent eas  
non modo nihil adiuuare arbitror nec affirmare quo me

liores sumus: sed ipsam deprauate naturam: nam; si hoc non  
obtineatur id solum bonum esse: quod honestum sit: nul-  
lo modo probari possit beatam uitam uirtute effici. quod  
si ita sit an opera philosophiae sit danda nescio. Si enim  
aliquis sapiens miser esse possit: nae ego istam gloriam:  
memorabilemque uirtutem non magni aestimandam pu-  
tem. Quae ad huc Cato a te dicta sunt: eadem inquam  
dicere posses: si sequere Pyrronem aut Aristonem: nec enim  
ignoras his istud honestum non summum modo: sed &  
ut tu uis solum bonum uideri. Quod si ita est sequitur  
id ipsum: quod te uelle uideo: Omnes semper beatos esse  
sapientes. Hos ne igitur laudas: & hanc eorum inquam  
sententiam sequi nos censes oportere. Minime uero  
istorum quidem inquit. Quum enim uirtutis hoc prop-  
rium sit earum rerum quae secundum naturam sint habere  
delectum: qui omnia sic exaequarunt: ut in utranque par-  
tem ita paria redderent: ut in nulla selectione uterentur  
eius uirtutem ipsam sustulerunt. Istud quidem inquam  
optime dicis. Sed quaero non ne tibi faciendum idem sit:  
nihil dicenti bonum: quod non rectum honestumque sit reli-  
quarumque reliquarumque discrimen omne tollentur: si quidem inquit  
tollerent sed reliquo quonam modo inquam si una uirtus unum  
istud quod honestum appellas: rectum laudabile: decorum est  
(serit enim notius quale sit plurimis notatum uocabulis idem  
declarantibus) id ergo inquam si solum est bonum quid  
habebis praeterea quod sequare ut si nihil malum nisi quod  
turpe in honestum indecorum prauum flagitiosum fedum: ut  
hoc quoque pluribus nominibus in signe faciamus quod  
praeterea dices esse fugiendum: non ignorantem inquit tibi  
quid sum dicturus. Sed aliquid ut ego suspicor: ex  
mea breui responsione arripere cupienti: non responde-  
bo ad singula: explicabo potius quoniam ociosi sumus  
nisi alienum putas totam Zenonis Stoicorumque sententiam.  
Minime id quidem inquam alienum: multumque ad ea que  
rimus explicatio tua ista profecerit: experiamur igitur  
inquit & si habet haec stoicorum ratio difficilius



quiddam & obscurius. Nam quum in graeco sermone  
ue hec ipsa quodam rerum noīna nouatum uidebantur  
quae nunc consuetudo diuturna truiuit. Quid eēses in la  
tino fore faciendū. faciendū id quidē est inquam Si. n. ze  
noni licuit: quum rem aliquam inuenisset inusitatam  
inauditum quoque ei rei nomen imponere cur non  
licet Catoni: Nec tamen exprimi uerbum ex uerbo nec  
esse erit: ut interpretes indiferti solent: quum sit uer  
bum quod idem declaret magis minus ue usitatum  
equidem soleo etiam quod uno graeci si aliter non possū  
idem pluribus uerbis exponere: & tamē pnto concedi no  
bis oportere: ut graeco uerbo utamur si quando minus  
occurreret latinum ne hoc Ephippiis: & Acratophoris poti  
q̄ Proegmenis & Apopragmenis cōcedatur. Quāq̄ haec  
quidem preposita recta & reiecta dicere licebit. Benefacis  
inqui: q̄ me adiuuas: & istis quidem quae modo dixistis  
utar potius latinis: In caeteris subuenies: si me haerentem  
uidebis. Sedulo inquam faciā sed fortuna fortis: quare  
conare quaeso: quid enim hoc possumus agere diuinius  
Placet his inquit quom ratio mihi probatur: simulatq̄  
natum sit animal (hinc enim est ordiendū) ipsū sibi cō  
ciliari & commendari ad se conseruandum: & ad suum  
statum & ad ea quae conseruantia sunt statum eius di  
ligenda alioari autem ab interitu: uisq̄ue rebus quae in  
teritum uideantur afferre: Id ita esse sic probant: q̄ ante  
q̄ uoluptas aut dolor attigerit: salutaria appetant parui:  
aspernenturq̄ contraria. Quod non fieret nisi statū  
suum diligerent: interitum timerent fieri autē non possē  
ut appeterent: aliquid nisi sensū haberēt eoq̄ se & sua dili  
gerent ex quo intelligi debet: p̄cipiū ductum esse a se  
diligendi in p̄ncipiis autem naturalibus diligendi suis  
pleriq̄ Stoici non putant: uoluptatem esse ponend  
dam. Quibus ego uehementer assentior ne si uolu  
ptatem natura posuisse in his rebus uideatur: quae p̄rae  
appetuntur: multa turpia sequatur satis esse autem argu  
menti uidetur quamobrem illa quae natura prima sunt

ascita natura diligamus. Quod est nemo quin quum  
utrumuis liceat aptas malit & integras omnes partes corpo-  
ris: q̄ eodem usu iminatas & detortas habere: Cognitio-  
nes autem uel si haec uerba minus placent: aut minus  
intelliguntur: Cataleptis appelemus: licet eas igitur ipsas  
propter se asciscendas arbitramur: q̄ habeant quiddam in  
se quasi complexum & continens ueritatem: id autem in  
paruis intelligi potest quos delectari uideamus: etiam si  
eorum nihil intersit: si quid ratione per se ipsi inuenerunt.  
Artes etiam ipsas propter se assumendas putamus: tum  
quia sit in aliquid in his dignum assumptione: tum quod con-  
stent ex cogitationibus: & contineant quiddam in seratio-  
ne constitutum: & uiam a falsa autem assensione magis  
nos alienatos esse: q̄ a caeteris rebus quae sunt contra na-  
turam arbitrantur. Iam membrorum id est partium corpo-  
ris: alia uidentur propter eorum usum a natura  
esse donata: ut manus: crura: pedes: ut ea quae sunt in in-  
corpore quorum utilitas q̄ta sit a medicis etiam disputat.  
alia autem nullam ob utilitatem quasi ad quendam ornatum: ut  
cauda pauonis: pennae uersicolores columbis: uiris mammarum  
quae barbae: haec dicuntur fortasse ieiunius. Sunt enim q̄  
si prima clementia naturae: quibus ubertas orationis adhiberi  
uix potest: nec equidem ea cogito confectari. Verumtamen  
quum de rebus grandioribus dicas: Ipse res uerba rapi-  
unt: Ita fit quum grandior: tum etiam splendidior oratio  
est: dicis inq̄ sed tamen omne quod de re bona dilucide di-  
citur: mihi preclare dici uideatur. Istiusmodi autem dicere  
ornate uelle puerile est: plane autem & perspicue expedire  
posse docti: & intelligentis uiri. Progrediamur igitur quo-  
niam inquit ab his principiis naturae discessimus: quibus  
congruere debent quae secuntur. Sequitur autem prima  
diu licet haec: estimabile esse dicitur sic. n. ut opinor appel-  
lamus. Id quod aut ipsum secundum naturam sit: aut ta-  
le quid efficiat: ut selectione dignum propterea sit quod  
aliquod pondus habeat dignum estimatione: quam  
ille Axian uocat. Contraque inestimabile quod sit

superiori contrariū. Initiis igitur ita constitutis: ut ea que  
secundum naturam sunt: ipsa propter se sumenda sint  
Contrariaq; item reicienda: Primū est officium (id enim  
appello cathecon ( ut se conseruet in nature statum deinceps  
ut ea teneat: quæ secundum naturam sint pellatq; cō-  
traria: quæ inuenta selectione: & item reiectione sequūt  
sequitur deinceps cum officio selectio: deinde ea perpe-  
tua tum ad extremum constans: coſentanea q; nature in  
qua primum inesse incipit. & intelligit quid sit quod ue-  
re bonum possit dici prima est. n. conciliatio hominis ad  
ea que sunt secundum naturam. simul autem cepit itelli-  
gentiam: uel notionem potius quā appellant ENNOION  
illi uiditq; rerum agendarum ordinem: & ut ita dicam con-  
cordiam: multo eam pluris æstimat q̄ omnia illa que pri-  
mum diligit atq; ita cognitione & ratione colligit: ut statu-  
eret in eo collocatum summum illud hominis: per se la-  
udandum. & expetendum bonum: quod compositū sit  
in eo: quod homologiam Stoici: nos appellamus conueniē-  
tiam: si placet cum igitur in eo sit bonum quo referenda  
sunt omnia honeste facta. Ipsūq; honestum: quod: i bonis  
ducit: q̄ post oritur tamen id. solum ui sua: & dignitate  
expetendum est: eorum; autem quæ sunt prima nature pro-  
pter se nihil est expetendum. quum uero illa que officia eē  
dixi proficiantur ab initiis nature necesse est ea ad hæc  
referi: ut recte dici possit omnia officia eo referi: ut adipis-  
cantur principia nature: nec tamen ut hoc sit bonorum  
ultimum propterea q̄ non est in primis nature concilia-  
tionibus: honesta actio. consequens. n. est: & post oritur:  
ut dixi est tamen ea secundū naturā: multoq; nos ad se ex-  
petendū magis hortatur: quā superiora oia. Sed ex hoc  
primū error tolendus est: ne quis sequi existimet: ut duo  
sit ultima bonorū. ut. n. si cui propositū sit collineare ha-  
stā aliquam: aut sagitam sicut nos ultimum in bonis dixi-  
mus: sic illi facere omnia quæ possit: ut collineet: huic in-

eiusmodi similitudine omnia sunt facienda: ut collinet &  
tamen ut omnia faciat: quo propositum assequatur. Sed  
hoc quasi ultimum: quale nos summum in uita bonum  
dicimus illud autem ut feriat quasi seligendum: non ex  
quoniam autem omnia officia a principis naturae proficiscan-  
tur: ab hisdem neesse est proficisci ipsam sapientiam: sed  
quemadmodum sepae fit ut is qui commendatus sit ali-  
cui: pluri eum faciat: cui commendatus sit: quoniam illum a quo  
sit minime natum est. Primo nos sapientiae commendari  
ab initiis naturae: post autem ipsam sapientem nobis cari-  
orem fieri: quoniam illa sint a quibus ad hanc uenerimus: ut que  
ut membra nobis ita data sunt: ad quamdam rationem ui-  
uendi data esse appareant: sic appetitio animi: quae Formae  
grece uocatur: non ad quod uis genus uitae: sed ad quan-  
dam formam uiuendi uidetur: data. Itemque & oratio:  
& perfecta ratio ut. n. histrioni actio saltatori motus: non  
qui uis sed certus quidam est datus: sic uita agenda est  
certo genere quodam: non quolibet quod genus conueniens: con-  
sentaneumque dicimus: nec enim gubernationi: aut medi-  
cinae similem sapientiam esse arbitramur sed actioni illi  
potius quam modo dixi: & saltationi: ut arte in ipsa insit  
non foris petatur extremum. id est artis effectio: & tamen est  
etiam alia: cum his ipsis artibus sapientiae de similitudo:  
propterea quod in illis quae recte facta sunt non continentur  
tamen omnes partes ex quibus constant: quae autem nos  
aut recta: aut recte facta dicamus: si placet illi autem appel-  
lantur. **Cato** orthomata: omnes enim eros uirtutis continet  
sola enim sapientia in se tota conuersa est. **Quod**  
idem in caeteris artibus non fit in scite autem medicinae  
& gubernationis ultimum cum ultimo sapientiae con-  
paratur. sapientia enim & animi magnitudinem  
complectitur & iustitiam: & ut omnia quae homini  
accidant: in fra se esse iudicet: quod idem in caeteris  
artibus non contingit: tenere autem uirtutes eas ip-  
sas: quarum modo mentionem feci nemo poterit nisi

statuerit: nihil esse quod intersit: aut differat aliud ab alio  
praeter honesta & turpia uideamus: nunc quam sint prae  
clarae illa uis quae iam posui consequentia: quum enim  
hoc sit extremum: sentis enim credo me iam diu quod  
σελος græci dicunt: id dicere tum extremum: tum ultimū  
tum summum licebit etiam finem pro extremo aut ulti  
mo dicere quum enim hoc sit extremum congruenter na  
turae conuenienterque uiuere necessario sequitur omnes  
sapientes semper foeliciter absolute fortunate uiuere nul  
la re impediti nulla prohiberi nulla egere quod autem cō  
tinet non magis eam disciplinam de qua loquor quā  
uitam fortunamque nostras. ut quod honestum sit id for  
lum bonum iudicemus. Potest id quidem fuisse & copio  
se & omnibus electissimis uerbis: grauissimisque sententiis  
rhetoricæ: & augeri: & ornari: sed confectaria meo Stoi  
corum breuia & acuta delectant. Concluduntur igitur  
eorum argumenta sic: quod est bonum omne laudabile  
esse. Quod autem laudabile est omne est honestum bo  
num igitur quod est honestum est. Satis ne hoc conclud  
sum uideatur: certe quod enim efficiebatur ex his duobus  
quae erant sumpta. In eo uides esse conclusum: duorum  
autem e quibus effecta conclusio est contra superius dici  
solet non omne bonum esse laudabile. Nam quod ho  
nestum sit laudabile esse conceditur. Illud autem per ab  
surdum bonum esse aliquid: quod non expetendum sit.  
Aut expetendum quod non placens. Aut si id non est  
diligendum: ergo & probandum. Ita etiam laudabile:  
Id autem honestum. Ita fit ut quod bonum sit: id etiā  
honestum sit. Deinde quaero quis aut de misera uita pos  
sit gloriari. Aut non de beata: de sola igitur beata ex qua  
efficitur gloriatio. ut ita dicam dignam esse beatam ui  
tam. Quod non possit quidem in honestae uitae iure  
contingere. Ita fit ut honesta uita: beata uita sit: & quo  
niā is cui contingit ut iure laudetur: habet insigne quid  
dam ad decus & ad gloriam: ut ad ea quae tanta sint: bea  
tus dici iure possit: Idem de uita talis uiti rectissime dicit

Ita si beata uita honestate cernitur q̄ honestum est: id bonum solum habendum ē: q̄ uero negari nullo modo possit. Quem inquam stabili: & firmo & magno animo: quē fortem uirum dicimus effici posse: nisi constitutū sit: non esse malum dolorem: ut enim qui mortem in malis ponit: non potest eam non timere: sic nemo ulla in re potest id quod malum esse decernit: non curare idq̄ contemnerē. Quo posito: & omnium assensu probato. Illud assumit: eum qui magno sit animo atq̄ forti omnia quæ cadere in hominem possint despicerē: & pro nihilo putare. Quæ quum ita sint effectum est nihil esse malum quod turpe non sit. Atq̄ iste uir altus & excellens magno animo uere fortis infra se omnia humana ducens: is inq̄ quem efficere uolumus: quem quærimus certe & confidere sibi debet: & suæ uitæ: & actus: & consequenti: & bene de se iudicare statuens nihil mali posse incidere sapienti ex quo intelligitur idem illud solum bonum esse quod honestum sit idq̄ esse beate uiuere honeste. i. cum uirtute uiuere. Nec uero ignoro uarias philosophorum fuisse sententias eorum dico qui summum bonum: quod ultimum appello in animo ponerent: quas quæ uitiöse quidam secuti sunt: tamen non modo his tribus qui uirtutem a summo bono segregauerunt: quum aut uoluptatē: aut uacuitatem doloris: aut prima naturæ: in summis bonis ponerent. Sed etiam alteris tribus qui mancā fore putauerunt sine aliqua accessione uirtutem: ob eamque rem trium earum rerum quas supra dixi singulis singulas addiderunt: iis tamē omnibus eos antepono cuiusmodi sūt q̄ summum bonum in animo atq̄ in uirtute posuerunt. Sed tamen per absurde: & ii qui cum scientia uiuere ultimum bonorum: & qui nullam rerum differentiam esse dixerunt. Atque ita sapientem beatum fore nihil aliud alii momento ullo anteponentem: ut quidam Academicus constituisse dicuntur extremum bonorum & summum munus esse sapientis obsistere uisis: assensusque firme sustinere: iis singulis copiose responderi solet: sed quæ perspi-

cua sunt: longa esse non debent: quid autem apertius quā si  
selectio nulla sit ab his rebus que contra naturam sit earū  
rerum que sint secundum naturam: tollatur demum om  
nis ea que queratur laudeturque prudentia. circumscriptis  
igitur is sententiis quas posui: & is quae similes earum  
sunt: relinquatur ut summum bonum sit uiuere scientiā  
adhibentem earum rerum que natura eueniant. seligentē  
que secundum naturam: et si qua contra naturam sunt  
reicientem .i. conuenienter: congruenterque nature uiue  
re sed in ceteris artibus quum dicitur artificiose: posterū  
quodammodo & consequens putandum est: quod illi  
epigenematicon appellant: quod autem in quo sapienē  
dicimus id apprime rectissime dicitur. quicquid .i. in sapie  
proficiscitur: Id continuo debet expletum esse omnibus  
suis partibus. In eo enim positum est id quod dicimus eē  
expetendum nam ut peccatum est patriam prodere: parē  
tes uiolare: Phana depeculari quæ sunt in effecto: sic time  
re sic mœrere: sic in libidine esse: peccatum est sine effectū  
Verum ut hec non in posteris & in consequētibus: sed in  
primis: continuo peccata sunt sic ea quæ proficiscuntur  
a uirtute: susceptione prima non perfectione recta sunt iu  
dicanda bonum autem quod in hoc sermone totiens  
usurpatum est. Id etiam diffinitione explicetur: sed eorum  
diffinitiones paulumoppido inter se differunt: & tamen  
eodem spectant. Ego assentior Diogeni qui bonum diffini  
erit id quod esset natura absolutum. id autem sequens: il  
lud etiam quod prodesset: ophelen enim sic appelemus  
motum aut statum esse dixit ex natura absoluta: Quū  
que rerum notiones in animis fiant si aut usu aliquid co  
gnitum sit: aut coniunctione: aut similitudine: aut collati  
one rationis: hoc quarto quod extremum posui bonum  
notitia facta est. quū .n. ab is rebus quæ sūt secundū natu  
ram ascēdit animus collatiōe ratiōis: tū ad notionē boni  
perueit. Hoc autem ipsum: bonū nō accessioē: neque cre

ſcēdo: aut cum cæteris comparando: ſed propria ut ſua  
& ſentimus & appellamus bonum ut enim mel & ſi dul-  
ciſſimum eſt ſuo tamen proprio genere ſaporis: non com-  
paratione cum aliis dulce eſſe ſentitur: Sic bonum hoc de  
quo agimus: eſt illud quidem plurimi æſtimandum: ſed  
ea æſtimatio genere ualet non magnitudine nam quū  
æſtimatio quæ Axia dicitur: neque in bonis numerata  
ſit nec tuſus in malis quātumquunque eo addideris in  
ſuo genere manebit. alia eſt igitur propria æſtimatio uir-  
tutis quæ genere non crescendo ualet: nec uero perturba-  
tiones animorum quæ uitam inſipientium: miſerā acerbā  
quæ reddunt quas graeci Pathe appellant (poteram ego  
uerbum ipſū interpretans morbos appellare: ſed nō conue-  
niet ad omnia. Quis enim miſericordiam: aut ipſam  
iracundiam morbum ſolet dicere? At illi dicunt Pathos  
ſit igitur perturbatio: quæ nomine ipſo uitiola declarari  
uideretur (Nec he perturbations ui aliqua naturali mouen-  
tur omnes que hae ſunt genere quatuor: Partibus plures  
aegritudo: formido: libido: quāque Stoici communi no-  
mine corporis & animi hedonen appellant. Ego malo  
laeticiam appellare quaſi geſtientis animi elationem uo-  
luntariam: perturbations autem nulla naturæ ui cōmo-  
uentur: omnia quæ ea ſunt opinionones ac iudicia leuitatis  
Itaque iis ſapiens ſemper uacabit. Omne autem quod  
honestum ſit: id eſſe propter ſe expetendam commune no-  
bis eſt cum multorum aliorum philoſophorum ſenten-  
tiis praeter enim tres diſciplinās quæ uirtutem a ſummo  
bono excludunt: cæteris omnibus philoſophis haec eſt  
tuenda ſententia maxime tamen in Stoicis: qui nihil ali-  
ud in bonorum numero niſi honestum eſſe uoluerunt: ſz  
haec quidem eſt perſicilis: & perexpedita deſenſio quis  
eſt enim: aut quis unquam fuit ut auaritia tam ardenti:  
aut tam effraenatis cupiditatibus: ut eandem illam rē quā  
adipiſci ſcelere quouis uelit: non multis partibus malit  
ad ſeſe etiam omni impunitate propoſita ſine facinore  
quā illo modo peruenire: quā uero utilitatē: aut quē fru



etiam petentes scire: cupimus illa quae occulta nobis sunt  
quomodo moueantur: quibusque de causis ea uersantur in  
caelo: quis autem tam agrestibus institutis uiuit aut quis  
contra studia naturae tam uehementer obduruit: ut a re-  
bus cogniti dignis abhoret: easque sine uoluptate: aut uti-  
litate aliqua non requirat: & pro nihilo puret: aut quis  
est qui Maiorum aut Afrfricanorum: aut eius quem tu  
in ore semper habes proauis mei: caeterorumque uiros  
fortium atque omni uirtute praestantium: facta dicta: con-  
silia cognoscens: nulla non afficiatur uoluptate quis autem  
honestus in familia institutus: & educatus ingenue: non  
ipsa turpitudine etiam si eum laesura non sit offenditur  
quis animo aequo uidet eum quem impure: ac flagitiose  
patet uiuere: quis non odit sordidos: uanos: leues: futiles  
Quid autem dici poterat si turpitudinem non ipsam per  
se se fugiendam esse statuerimus: quominus homines  
tenebras & solitudinem nacti nullo dedecore se abstine-  
ant nisi eos per se faeditate sua turpitudine ipsa deterreat.  
Innumerabilia dici possunt in hanc sententiam: sed non  
necesse est nihil est enim de quo minus dubitari possit  
& honesta expetenda per se: & eodem modo turpia per  
se esse fugienda. Constituto autem illo de quo ante di-  
ximus: quod honestum sit id esse solum bonum: Intelli-  
gi necesse est plura id quod honestum sit aestimandum  
esse quam illa media quae ex eo comparentur stultitiam autem  
esse temeritatem: & iniustitiam: & intemperantiam: quum  
dicimus esse fugiendam propter eas res quae ex ipsis eue-  
niunt: non ita dicimus ut cum illo quod positum est so-  
lum id esse malum: quod turpe sit hec Pugnare uideatur  
oratio. propterea quod ea non ad corporis incommodum  
referuntur: sed ad maximas turpes actiones quae oriuntur  
ex uitis quas enim graeci Cachias appellant: uitia malo-  
rum quam malitias nominare. Haec tu inquam Cato uerbis illustri-  
bus: & id quod uis declarantibus. Itaque mihi uideris latine  
docere philosophiam: & ei quasi ciuitatem dare: quae qui-  
dem ad huc peregrinari Romae uidebatur: nec offerre se se no-

istis sermonibus: & istam maximè propter limatam quã  
dam: & rerum & uerborum tenuitatem. Scio enim esse  
quosdã qui quibus lingua philosophari possint (nullis enĩ  
partitionibus: nullis definitionibus utuntur ipsi qui di  
ea se modo probare quibus natura tacita assentiatur. Ita  
ĩ rebus minime obscuris nõ multũ è apud eos discernendi  
labor quare attendo te studiose & quæcunque rebus his  
de quibus hic sermo est nomina imponis: memorie mã  
do mihi enim erit iisdẽ iis fortasse iã utendũ uirtutibus  
Igitur rectissime mihi uideris: & ad consuetudinem no  
stre orationis uitia posuisse contraria quod enĩ uitupabi  
le est p se ipsum id eo ipso uitium noiatum puto: uel etiã  
a uitio dictum uituperari. Si Cachiam malitiam dixisses  
ad aliud nos unum certum uitium consuetudo latina  
traduceret: hoc omni uirtuti uitium contrario nomine  
opponitur. Tum ille his igitur ita positus inquit. sequit̃  
magna contentio quæ tractata est a peripateticis molli9  
Est enim eorum consuetudo dicendi non satis acuta pp̃  
ignorationem dialecticæ. Craneades tuus egregia quadã  
exercitatione in dialecticis summaque eloquentia rem in  
summum discrimen adduxit propterea q̃ pugnare non  
destitit. In omni hac questione que de bonis & ma  
lis appelet̃ non esse rerum Stoicis cum Peripateticis con  
trouersiam: sed nominum. Mihi autem nihil tam perspi  
cum uidetur: q̃ has sententias horum Philosophorum re  
inter se magis quam uerbis diffidere. Maiorem multo ha  
bere Stoicos & peripateticos rerum omnino discrepantiã  
quã uerbum. Quippe quum Peripatetici omnia quæ ip  
si bona appellant: pertinere dicant ad beate uiuendum  
nostri uero: quod exstimatione omnino aliqua dignum  
sit compleri uitã beatã putet̃ an uero certius quicq̃ potest  
esse q̃ illa ratio est eorum qui dolorem in malis ponũt  
non posse sapientem beatum esse quum eculeo torqueat̃  
Eorum autẽ q̃ dolorẽ ĩ malis nõ habet ratio: certe cogit: ut  
ĩ omnibus tormẽtis cõseruetur beata uita sapiẽti & enim

si dolores eisdem tolerabilius patiantur qui excipiunt  
eos pro patria: quā qui leuiore de causa: opinio facit nō na-  
tura vim doloris: aut maiorem. aut minorem. Ne illud  
quidem est consentaneum: ut si cum tria genera bonorū  
sint: quæ sententia est Peripatericorum: eo beatior quisque  
sit quo sit corporis aut externis bonis plenior: ut hoc idē  
approbandum sit nobis ut qui plura habeat ea quæ in  
corpore magni aestimantur: sit beatior. Illi enim cor-  
poris cōmodis compleri uitam beatam putant nostri ni-  
hil minus nam quum ita placeat: nec eorū quidem bono-  
rum quæ nos bona uere appellemus frequentia beatio-  
rem uitam fieri aut magis expetendam: aut pluris aesti-  
mandam: certe minus ad beatam uitam pertinet multitu-  
do corporis commodorum. & enim si ualere etiam sape-  
re magis expetendum sit quam sapere solum: neque tamē  
si utrunque sit aestimatione dignū pluris sit coniunctū  
quā sapere ipsum separatū. Nam qui ualitudinem aesti-  
matione aliqua dignam iudicamus neque tamen in bo-  
nis ponimus: idem censemus nullam esse tantam aesti-  
mationem: ut ea uirtuti anteponatur. Quod idem peri-  
paterici non tenent: quibus dicendum est: quæ & hone-  
sta actio sit: & sine dolore eam magis esse expetendam: quā  
si esset eadem actio cum dolore. Nobis aliter uidetur  
recte secus ne postea: sed potest ne rerum maior esse dis-  
sensio: ut enim obscuratur: & offunditur luce solis lumē  
candelæ: & ut interit magnitudine maris Egei stilla ma-  
ris & ut diutius Cœli teruntii accellio: & gradus unus  
In ea uia quæ est hinc in indiam: sic quū sit is bonorum  
finis quem Stoici dicunt omnis ista rerum in corpore ha-  
rum aestimatio: splendore uirtutis & magnitudine obscu-  
retur & obruatur atque intereat necesse est: & quemad-  
modum oportunitas (sic enim appellemus Euceriam) nō  
fit maior productione temporis. habent enim suum mo-  
dum quaecunque opportuna dicuntur: sic recta effectio:  
Carthosim enī. (Ita appello) quoniā rectū factū catortho-  
ma recte igit effectio. Itē cōueniētia denique ipse bonū: quod i

eo positum est ut naturæ consentiat: et cæcæ accessio-  
nē nullā habet ut enī oportunitas illa sic hæc de quibus  
dixi non fiunt tēporis productione maiora: obeāq; causā  
Stoicis non uidetur. optadilior: nec magis expetenda beā  
ta uita si sit longa: q̄ si breuis: utunturque simili: ut si Co-  
thurni laus illa esset ad pedē apte conuenire: neque mul-  
ti Cothurni paucis anteponerentur: nec maiores minori-  
bus: sic quorum omne bonum conuenientia atque  
oportunitate finitur: nec plura pauionibus: nec lon-  
giquora breuioribus anteponerentur: nec uero satis  
acute dicunt si bona ualitudo pluris aestimanda sit lō-  
ga q̄ breuis: sapientiae quoque usus longissimus quisq;  
sit plurimum non intelligunt ualitudinis aestimationem  
spacio iudicari: uirtutis oportunitate ut uideantur qui il-  
lud dicant idem hoc esse dicturi bonam mortē: & bonū  
partum meliōtē longum esse quam breuem: non uident  
alia breuitate pluris aestimari alia diurnitate. Itaq; consen-  
taneum est is quæ dicta sunt ratione illorum: qui illum  
bonorum finem quod appellamus extremum: quod ul-  
timum crescere putent posse iisdem placere esse alium  
alio etiā sapientiozem. Itemque alium magis alio uel  
peccare: uel recte facere: quod nobis non licet dicere qui  
crescere bonorum finem non putamus ut enim qui de-  
mersi sunt in aqua nihilo magis respirare possunt: si  
non longe absūpta sūmo ut iam iāque possint emergere  
q̄ si etiam tū essent in profundo nec catulus ille qui iā  
appropinquat ut uideat plus cernit q̄ is qui modo est  
natus. Ita qui processit aliquantum ad uirtutis aditum  
nihilominus in miseria est: quam ille qui nihil proces-  
sit. hec ad mirabilia uideri intelligo: Sed quum certe supe-  
riora firma ac ueta sint: his autē ea consentanea & conse-  
quentia: ne de eorū quidē est ueritare dubitandū: sed q̄q;  
negent nec uirtutes nec uitia crescere tamē utrumque: eo-  
rum fundi quodammodo & quasi dilatari putāt. Diuitia  
autem Diogenes censeat eam non modo uim habere:  
ut quasi duces sint ad uoluptatem: & ad ualitudinem

bonam sed & ut ea contineant: non idem facere eas in  
uirtute neque in ceteris artibus: ad quas esse dux pecunia  
potest continere autem non potest. Itaque si uoluptas  
aut si bona ualitudo sit in bonis diuitias quoque in bo-  
nis esse ponendas. At si sapientia bonum sit non sequitur ut  
& diuitias bonum esse dicamus ne ab ulla re quae non sit  
in nobis id quod sit in nobis contineri potest ob eamque  
causam quia cogitationes comprehensiones que rerum  
ex quibus efficiuntur artes: appetitiones mouent cum di-  
uitiae uon sint in bonis nulla ars diuitiis contineri potest  
Quod si de artibus concedamus uirtutis tamen non sit  
eadem ratio quae plurimae comendationis & exercitatiois indigeat. Quod  
idem in artibus non sit & quod uirtus stabilitatem fir-  
mitatem: constantiam totius uitae complectatur: nec haec  
eadem in artibus esse uideamus. Deinceps explicatur dif-  
ferentia rerum quam si non ullam esse diceremus: confu-  
deretur omnis uita ut ab Aristotele: neque ullum sapientie  
munus aut opus inueniretur: quum inter res eas que  
ad uitam degendam pertinerent: nihil omnino interesset  
neque ullum delectum adhiberi oporteret. Itaque cum eēt  
satis constitutum: id solum esse bonum: quod esset hone-  
stum: & id malum solum quod turpe iter haec & ut illa quae nihil uale-  
rent ad beate miserue uiuendum aliquid: tamen quae dif-  
ferret esse uoluerant: ut essent eorum aliqua aestimabilia  
alia contra alia neutrum. quaeque autem aestimanda eēt  
eorum in aliis satis esse causae quam ob rem quibusdam  
anteponerentur: ut in ualitudine: integritate: sensum ut: in  
doloris uacuitate: ut gloriae diuitiarum similiarum rerum  
alia autem non esse huiusmodi. Item que eorum quae  
nulla aestimatione digna essent: partim satis habere cau-  
sae: quam ob rem reicerentur: ut dolorem: morbum: sen-  
sum amissionem: paupertatem: ignominiam: & similia  
horum partim non. Itemque hinc esse illud exortum quod  
Zeno proegmenon: contra que quod apoproegmenon  
nominauit: quum uteretur in lingua copiosa: factis tamen  
nominibus ac nouis quod nobis in hac inopi lingua

non conceditur: quoniam tunc hanc copiosiore etiam dicere iolles: sed non alienum est: quo facilius uis uerbi intelligatur: rationem huius uerbi faciendi zenonis exponere. Ut enim inquit nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem (Idem enim est proegmenon) sed eos qui in aliquo honore sint: quorum ordo proxime accedit ut secundus sit ad regium principatum: sic in uita non ea quae primario loco sunt: sed ea quae secundum locum obtinent. proegmenon. producta nominentur. Quae uel ita appellemus id erit uerbum ex uerbo. uel promotum & remotum: uel ut dudum diximus: praeposita uel praecipua & illa reiecta. Re enim intellecta in uerborum usu faciles esse debemus. Quoniam autem omne quod est bonum primum locum tenere dicimus necesse est: nec bonum esse nec malum quod praepositum: nec praecipuum nominamus. Itaque id diffinitius quod sit indifferens cum aestimatione mediocri quod enim illi adia phoro dicunt. Id mihi ita occurrit ut indifferens dicerem. Neque enim illud fieri poterat ullo modo ut nihil relinqueretur in medio quod aut secundum naturam esset aut contra. Nec quum id relinqueretur nihil in his poni: quod satis aestimabile esset: nec hoc posito. non aliqua esset praeposita. Recte igitur haec facta distinctio est: atque etiam ab his quo facilius res perspicui possit hoc simile ponitur. ut enim inquit: si hoc fingamus esse quasi finem: & ultimum ita iacere talum ut rectus assistat qui ita talus erit iactus ut cadat rectus praepositum quiddam habebit ad finem qui aliter contra. Neque tamen illa praepositio tali ad eum quem dixi finem pertinebit: sic ea quae sunt praeposita referuntur illa quidem ad finem: sed ad eius uim naturamque nihil pertinet. Sequitur illa diuisio ut bonorum alia sint ad illud ultimum pertinentia (sic enim appello quae telica dicuntur iam hoc ipsum instituiamus ut placuit pluribus uerbis dicere quod non uno poterimus ut res intelligatur) alia autem efficiuntur quae graeci poetica: alia utrumque de pertinentibus nihil est bonum praeter actiones honestas de efficientibus nihil praeter amicum sed & pertinentem & efficientem: sapientem uolunt

esse nam quia sapientia est conueniens actio erit cum illo pertinenti genere quod dixi. Quod autem honestas actiones affert: & efficit id efficiens dici potest haec quae praeposita dicimus partim sunt per se ipsa praeposita partim quod aliquid efficiunt: partim utrumque per se: ut quidam habitus oris & uultus: ut status ut motus, in quibus sunt & preponenda & reicienda: alia ob eam rem praeposita dicentur quod ex se aliquid efficiant: ut pecuniae: alia autem ob utramque rem: ut integri sensus: ut bona ualitudo. De bona autem fama quam enim appellant eudoxian aptius est hoc loco bonam famam appellare quam gloriam Chrysippus quidem & Diogenes detracta utilitate ne dignum quidem in causa porrigendum esse dicebant, quibus ego uehementer assentior, qui autem post eos fuerunt: quum Carneadem sustinere non possent: hanc quam dixi bonam famam ipsam propter se praepositam & sumendam esse dixerunt, esseque omnino ingenu & liberaliter educati uelle bene audire a parentibus a propinquis a bonis etiam uiris: Idque propter rem ipsam non propter usum, dicuntque ut liberis consultum uelimus etiam si postumi futuri sit propter ipsos: sic future post mortem famae: tamen esse propter rem etiam detracto usu consulendum: sed cum quod honestum sit Id solum bonum esse dicamus: consentaneum tamen est fungi officio: Quum id officium nec in bonis ponamus: nec in malis Est enim aliquid in his rebus probabile et quidem ita: ut eius ratio reddi possit: Ergo ut etiam probabiliter acti ratio reddi possit ex quo intelligitur officium medium quoddam esse quod neque in bonis ponatur: neque in contrariis quoniam quae in his rebus quae nec in uirtutibus sunt: nec in uitiiis est tamen quiddam quod usui posset esse: tolerandum id non est: Est autem eius generis actio quoque quaedam, & quaedam talis ut ratio postulet agere aliquid, et facere eorum, quod autem ratione actum sit: id officium appellamus. Est igitur officium eius generis quae neque in bonis ponatur: neque in contrariis. Atque perspicuum & illud est in istis rebus: mediis aliquid agere sapientem. Iudicat igitur quum

agit: officium illud esse: quod quoniam nunquam facilius. in iudicando: erit in mediis rebus officium quod efficitur: etiam hac conclusione rationis. quoniam enim uidemus esse quiddam: quod recte factum appellemus. Id autem est perfectum officium: erit autem etiam inchoatum ut si iuste depositum reddere in recte factis: sit in officiis ponatur depositum reddere. Illo enim adito iuste: facit. recte factum per se autem hoc ipsum reddere in officio ponitur quoniam que non dubium est: quin in his quae media dicimus sit aliud sumendum: aliud reiciendum quicquid ita fit aut dicitur in officio continetur. ex quo intelligitur quoniam seiplos omnes natura diligant tam insipientem quam sapientem sumpturum quae secundum naturam sunt reiecturumque contraria. Ita est quoddam commune officium sapientis & insipientis. ex efficitur uersari in his quae media dicamus. Sed quum ab his mediis omnia proficiscantur officia: non sine causa dicitur ad ea referri omnes nostras cogitationes: in his & excessum e uita: & in uita mansionem. In quo enim plura sunt quae secundum naturam sunt huius officium est in uita manere: in quo autem sunt plura contraria: aut fore uidentur huius officium est e uita excedere. Ex quo apparet & officium sapientis esse aliquando excedere e uita cum beatus sit & stulti manere in uita quum sit miser. Nam bonum illud & malum: quod saepe iam dictum est postea consequitur: prima autem illa naturae siue secunda siue contraria sub iudicium sapientis & delictum cadunt: est que illa subiecta quasi materia sapientiae. Itaque & manendi in uita & migrandi ratio omnibus his rebus quae supra dixi metienda. Nam neque his qui uirtute retinentur in uita neque his qui sine uirtute sunt: mors est oppetenda ut saepe officium est sapientis deficere a uita quum sit beatissimus si id oportune facere possit quod est conuenienter naturae uiuere: sic enim censent opportunitates esse beate uiuere. Itaque a sapientia praecipitur seipsam si iusserit: sapiens ut relinquat. Quam obrem quum uictorum ista uis non sit: ut causam afferant mortis uoluntariae per



spicuum est & stultorum qui iidem miseri sunt officium esse manere in uita: si sint in maiore parte earum rerum quas secundum naturam esse dicimus: & quoniam excedens e uita & manens æque miser est nec diuturnitas magis ei uitam fugiendam facit. Non sine causa dicitur his qui pluribus naturalibus frui possint esse in uita manendum. Pertinere autem ad rem arbitrantur intelligi natura fieri ut liberi a parentibus amentur: a quo naturæ initio profectam omnem humani generis societatem persequimur. Quod primum intelligi debet figura membrisque corporum quæ ipsa declarant procreandi a natura habitam esse rationem. Neque uero hæc inter se congruere possent: ut natura & procreari uellet & diligi procreatos non curaret. Atque etiam in bestiis uis naturæ inspicitur potest: quarum in fætu & in educatione laborem quum cernimus naturæ ipsius uocem uidemur audire: Quare perspicuum est natura nos adolente abhorrere. Sic abparet a natura ipsa ut eos quos generamus amemus impelli. Ex hoc nascitur ut & communis hominum inter homines naturalis sit commendatio ut oporteat hominem ab homine ob id ipsum quod homo sit: non alienum uideri. Vt enim in membris alia sunt tanquam sibi nata ut oculi: ut aures. Aliqua & cæterorum membrorum usum adiuuant: ut crura: ut manus. Sic immanes quaedam bestia sibi solum natae sunt. At illa quæ in conca patula pina dicitur. Ipsi qui enat e conca quæ eam custodiat Pinorettes uocatur: In eamque quum se recepit includitur: ut uideatur monuisse ut taueret. Itemque formicæ apes ciconiæ: aliorum etiam causa quædam faciunt. Multo magis hæc conunctio est hominis. Itaque natura sumus apti ad coetus: ad concilia: ad ciuitates. Mundum autem celsæ regi numie deorum: eumque esse: quasi communem urbem & ciuitatem hominum & deorum: & unumquodque nostrum eius mundi esse partem. Ex quo illud natura consequitur. Vt communem utilitatem nostræ anteponamus. Vt enim leges omnium salutem singulorum salutem anteponunt: sic uis bonus & sapiens & legibus parens & ciuilibus officii non ignotus

utilitati hominum: plusq̄ unius alicuius aut suæ consue-  
Nec magis uituperandus est proditor patriæ q̄ cōmunis  
utilitatis aut salutis desertor propter suam utilitatem aut  
salutem. Ex quo fit: ut laudandus sit is qui mortem oppe-  
tat pro re. p. q̄ doceat cariorem esse patriam nobis q̄ nos-  
metipfos. Quoniãq̄ q̄ illa uox inhumana & scelerata du-  
citur eorū qui negāt se recusare quo minus ipsis mortuis  
terrarum deflagratio consequatur quod uulgari quodam  
uersu graeco pronunciarī solet: certe uerum est etiam his  
qui aliquando futuri sint esse propter ipsos consulendū  
ex hac animorum affectione testamenta comendationes  
q̄ morientium natæ sunt: quod nemo in solitudine uitā  
agere uellit: ne cum infinita quidem uoluptatum abun-  
dantia: facile intelligitur nos ad coniunctionem congre-  
gationemque hominum & ad naturalem communita-  
tem esse natos: Impellimur autem natura ut prodesse ue-  
limus quamplurimis: in primisq̄ docendo rationibusq̄  
prudentiæ tradendis. Itaq̄ non facile est inuenire qui  
quod sciat ipse non tradat alteri. Ita non solum ad dis-  
cendum propensi sumus: Verum etiam ad docendum.  
Atq̄ ut tauris natura datum est ut pro uitulis contra leo-  
nes summa ui impetuq̄ contendant: sic hi qui ualent opi-  
bus atq̄ id facere possunt. Ut de Hercule ut de Libero  
accepimus. Ad seruandum genus hominum natura  
incitatur: atque etiam Iouem cum optimum & maximū  
dicimus: quumq̄ eundem salutarem hospitem statore  
hoc intelligi uolumus salutem hominum in eius esse tute-  
la. Minime autem conuenit quum ipsi inter nos abie-  
cti neglectiq̄ simus postulare ut diis immortalibus cari-  
simus: & ab his diligamur. Quemadmodum igitur  
membris utimur priusquam dicimus cuius ea utilitatis  
causa habeamus sic inter nos natura ad ciuilem commu-  
nitatem coniuncti & consociati sumus. Quod si ita  
se haberet nec iustitiæ ullus esset nec bonitati locus. Et  
quomodo hominum inter hominis iuris esse uincula pu-  
tant sic homini nihil iuris esset cum bestiis. Praeclare ni

Chrylippus cætera nata esse causa hominum & deorum  
eos autē communitas & societas suae: ut bestiis homines  
uti ad utilitatem suam possint sine iniuria: quoniãq; ea na-  
tura esset hominis ut cum genere humano quasi ciuile in-  
intercederet qui id cõseruaret eum iustū qui migraret in  
iustum fore. Sed quẽadmodū theatrū quū cõmune sit re-  
cte tamē dici potest eius esse: quū locū quē quisq; occupa-  
rit: sic in urbe mundo ue cõmuni nō aduersatur ius: quo-  
min⁹ suū q̄ q̄cq; cuiusq; sit. Quū autē ad tuēdos cõseruādos  
que homines hominē natū esse uideamus: cõsentaneum  
est huic naturae sapiens uelit gerere & administrare rē. p.  
Atque ut e natura uiuat uxorem adiungere & uelle ex ea  
liberos procreare: ne amores quidem sanctos a sapiente  
alienos esse arbitrantur. Cynicorum autem ratiōem at-  
q; uitam alii cadere insipientem dicūt: si quis eiusmodi  
fortē casus inciderit: ut id faciendum sit. Alii nullo modo  
ut ergo cõseruetur omnis homini erga hominem socie-  
tas coniunctio caritas & emolumenta & detrimenta quæ  
Ophelimata & Blammata appellant communia esse uo-  
luerunt quorum altera profunt nocent altera: neq; solum  
ea communia uerum etiam paria esse dixerunt. Incom-  
moda autem & commoda. Ita enim euchrestemata &  
dyschrestemata appello communia esse uoluerūt paria no-  
luerūt. Illa n. quæ profunt aut q̄ nocent aut bona sūt aut  
mala quæ sit paria necesse est. Cõmoda autē & icõmoda in  
eo genere sūt quæ proposita & reiecta dicimus ea possūt  
paria non esse: sed emolumēta cõmunia esse dicūtur: recte  
autem facta & peccata non habentur communia. Amicicia  
autem adhibendam esse censent quia sit ex eo genere  
quæ profunt: q̄q; autem in amicicia alii dicant æque carā  
esse sapienti rationem amiciciae suam alii autem sibi cuiq;  
rariorē suam: tamen ii quoq; posteriores fatentur alii. n.  
esse a iustitia ad quam nati esse uideamur detrahere quid  
de aliquo quod sibi assumat. Minime uero probatur hu-  
ic disciplinæ de qua loquor aut amiciciam aut iustitiam  
propter utilitates ascisci aut probari. Eodem enim uo-

luptates poterūt eas labefactare atq; peruertere. & enī nec  
iustitia nec amicitia esse omnino potuerunt nisi ipsa per  
se expetantur. Ius autem qd̄ ita dici appellarique potuit  
id esse naturā alienūque esse a sapiente non modo iniu-  
riam cui facere uerum etiam nocere nec uero rectum est  
cum amicis aut benemeritis consociare aut coniungere in-  
iuriam grauissimeque & uerissime defenditur: nūq̄ aequi-  
tatem ab utilitate posse seiungere & quicquid aequū iu-  
stūq̄ esset id & honestū uicissimūq; quicquid esset ho-  
nestū id iustū & atq; aequū fore. Ad eas uirtutes de quib⁹  
disputatū est dialecticam & adiungunt & physicam easq;  
ambas uirtutūz nomine appellant. Alteram quod habeat  
rationem ne cui falso assentimur ne ue unq̄ captiosa pro-  
babilitate fallamur. Ea; quæ de bonis & malis dicere-  
mus & tenere ueriq; possimus. nam sine hac attē quēuis  
arbitramur a uero ab duci falliq; posse recte igitur si omni-  
bus in rebus temeritas ignoratioq; uitiosa est ab his quæ  
tollit hęc uirtus nominata est Physice quoq; non sine  
causa tributus idem est honos propterea q; qui cōuenien-  
ter naturæ uict⁹ sit ei & proficiscēdū est ab oī mūdo & ab  
ei⁹ procuratiōe: nec uero potest quisq; de bonis & de malis  
iuste iudicare nisi omni cognita ratione naturæ & uitæ &  
deorum & utrum cōueniat nec ne naturæ hominis: cum  
unuerſa: queq; sunt uetera præcepta sapientium: qui iu-  
bent tempori parere & sequi deū & se noscere & nihil mi-  
mis. Haec sine physicis quā uī habeant: & habent maxiaz  
uidere nemo pōt. Atq; & ad iustitiā colēdā. ad tuēdas ami-  
cicias & reliquas caritates qd̄ natura ualeat: haec una co-  
gnitio pōt tradere. nec uero pietas ad uersus deos: nec q̄ta  
his gratia debeat: sine explicatione naturæ itelligi pōt.  
Sed iam sentio me esse lōgic⁹ prouectū q̄ proposita ratio  
postularet: Verū admirabilis cōpositio disciplinae icte-  
dibilisq; rerū traxit ordo. Quæ per deos immortales  
nō ne miraris. Quid n. aut ī natura qua nihil est aptius  
nihil descriptius: aut ī operib⁹ manu factis tā cōpositū tā-  
q; cōpactū & coagmetatū iueniri potest. Quid posteriq;

priori non cōuenit: qd sequit̄ qd nō respōdeat superiori  
qd nō sic aliud ex alio nectitur: ut nō si ullā litteram mo  
ueris labent oīa: nec tamē qcquā est quod moueri potest  
quam gr̄auis uero quā magnifica: quā cōstans conficitur  
persona sapientis qui cum ratio docuerit quod honestū  
esset: id esse solū bonum: semper sit necesse est beatus: uere  
que oīa ista nomina possideat quae irrideri ab imperitis  
solēt. Rectius enim appellabitur rex q̄ Tarquinius q̄ nec  
se nec suos regere potuit. Rectius magister populi (Is enī  
est dictator) quā Silla qui triū pestiferorū uiciorū luxuria  
auariciae crudelitatis magister fuit rectius diues quā Cras  
sus qui nisi aeguisset nūquā eufratē nulla belli causa tran  
sire uoluisset: recte eius oīa dicentur qui sit uti solus omni  
bus. recte & pulcher appellabitur animi enim liniamenta  
sunt pulchriora quā corporis r̄cte sol⁹ liber nec doīnatiōi  
cuīl q̄ parēs neq; obediēs cupiditati r̄cte inuict⁹ cui⁹ & si  
corp⁹ cōstringatur animo tamē uincula inuici nulla possit  
nec expectet ullum tempus aetatis: ut tum denique iudi  
cetur beatus ne fuerit. Quū extremū uitae diē morte con  
fecerit quod ille unus ex septem sapientibus non sapien  
ter Croesum monuit nam si beatus unquā fuisset beatam  
uitam usque ad illum a Cyro extractum rogū protulisset  
q̄ si ita esset: neque quisquam nisi bonus uir & omnes  
boni beati sint: quid philosophia magis colendū? aut qd  
est uirtute diuinius?

per tempore patre & sedm dicitur & sedm dicitur  
max. hanc sine p̄uicis dicitur in hanc dicitur  
tridre nemo pot. Ad qd & ad iustitiam colenda  
citas & reliqua caritas qd natura habet: hanc nra co  
gnitio pot. tridre. nec nro pietas ad uelut deus dicitur  
his gratia debeat: sine explicacione naturae rellig. pot.  
sed iam tanto me esse loq. p̄uocet qd p̄uocet ratio  
postulat. Vt in admittibilis copolito dicitur  
dicitur. O. obto nra uirt. sup. lib. lib.  
no. de uirtutibus. O. dicitur in o. n.  
nra dicitur in o. n. dicitur in o. n. dicitur in o. n.  
p. dicitur in o. n. dicitur in o. n. dicitur in o. n.

Explicit liber tertius

Incipit liber quartus

Væ quum dixisset finem ille, ego autem natus  
tu inquam Cato ista exposuisti tam multa  
memoriter tam obscura dilucide. Itaque aut  
ommittamus contra omnino uelle aliquid  
aut spaciam sumamus ad cogitandum tam enim diligen  
ter etsi minus uete (nam nondum id quidem audeo dice  
re) sed tamen accurate non modo fundatam uerum etiam  
extractam disciplinam non est facile perdiscere. Tum ille tandem inquit  
Quum ego te hac noua lege uideam eodem die adusa  
tori respondere: & tribus horis perorare: in hac me causa  
tempus dilaturum putas? quæ tamen a te agetur melior  
quæ ille sunt quas interdum obtines. Quare istam quoque ag  
gredere tractatam præferim & ab aliis & a te ipso sæpe ut  
tibi deesse non possit orationum ego non me hercule sole  
te temere contra Stoicos non quo illis admodum assenti  
ar: sed pudore impeditur. Ita multa dicunt quæ uix intelli  
gā obscura inquit quaedam esse cōfiteor: nec tamen ab il  
lis ita dicuntur de industria sed in est in rebus ipsis ob  
scuritas. Cur igitur eadem res inquam peripateticis dicent  
ibus uerbum nullum est quod non intelligatur. Eadem  
ne res inquit: an parum diserui: non uerbis stoicos aperi po  
teticis: sed uniuersa re & tota sententia dissentire? Atque inquit  
Cato si istud obtinueris traducas me ad te totum licebit:  
Putabam equidem satis inquit me dixisse. Quare ad ea primū  
si uidetur: si aliquid quid uoles postea. Imo istud quidem  
in quam loco quicquid postulo respondere arbitrati mea  
Ut placet inquit. Et si illud enim erat aptius æquum cui  
que concedere. Existimo inquam Cato igitur ueteres illos  
Platonis auditores Speusippum Aristotelem Xenocratē  
deinde eorum Polemonem Theophrastum satis &  
copiose & eleganter habuisse constitutam disciplinam:  
ut non esset causa Zenoni cum Polemonem audisset  
cur ab eo ipso & a superioribus discederet: quorum fuit

hec institutio. In quo animaduertas uelini quid putes  
mutandum. Nec expectes dum ad omnia dicam quae an-  
te dicta sunt, Vniuersa enim illorum ratione cum tota ue-  
stra confligendum puto. Qui quum uiderent nos ita  
esse natos: ut & communiter ad eas uirtutes apti essemus  
quae notae illustresque sunt. Iustitiam dico temperan-  
tiam caetatasque generis eiusdem. Quae omnes similes ar-  
rium relinquarum materia tantum ad meliorem partem  
& tractatione differunt easque ipsas uirtutes uiderent nos  
magnificentius appetere & ardentius habere etiam inlicitam  
que quaedam uel potius innatam cupiditatem scientiae  
natosque esse ad congregationem hominum ad societatem  
communicatamque generis humani. ea que in maximis inge-  
niis: maxime illucere totam philosophiam tres in partes  
diuiserunt quam partitionem a zenone retentam esse ui-  
demus quatuor quum una sit quia mores confirmari puta-  
tur: differo eam partem quae quasi stirps est huius quaestio-  
nis. Qui sit enim finis bonorum mox hoc loco tantum dico  
a ueteribus peripateticis academicisque qui in re consuetes  
uocabulis differebant eum locum quem ciuile recte appellamus  
graece politicon grauitate & copiose esse tractatum. quam  
multa illi de republica scripserunt: quam multa de legi-  
bus quam multa non solum praeepta in artibus: sed &  
exempla in orationibus benedicendi reliquerunt. Primum  
enim ipsa illa quae subtiliter differenda erant polite apte  
que dixerunt quum diffinientes: tum partientes ut nostri  
etiam sed uos squalidius illorum uides quam niteat oratio  
deinde ea quae requirebant orationem ornata & grauem que  
magnifice sunt dicta ab illis: que splendide de iustitia de  
fortitudine: de amicitia de uirtute de genita de philosophia  
de capeienda rep. de temperantia: de fortitudine hominum  
de spiritus ualentium ut stoicorum nec ostentantium sed  
eorum qui grandia ornate uellent enucleate minora dice-  
re. Itaque quae sunt eorum consolationes: quae cohortatio-  
nes: que & monita & consilia scripta ad summos uiros: erat  
in apud eos: ut est rerum ipsarum naturalis dicendi exercitatio

duplex. nam quicquid quaeritur id habet aut generis ipsi  
us sine personis temporibusque; aut iis adiunctis facti aut iu  
ris: aut nominis controuersiam. Ergo in utroque exercebantur  
eaque disciplina effecit tantam illorum utroque ingenere di  
cendi copiam. totum genus hoc & Zeno & ab eo qui sunt  
aut non potuerunt: aut noluerunt certe relinquerunt quae  
scripsit artem rhetoricam Cleanthes Chrisppus etiam sed  
sic ut si quis obmutescere concupersit nil aliud legere debe  
at. Itaque uides quomodo loquantur: noua uerba fingunt  
deserunt uisitata at quae conatur: mundum hunc omnem  
oppidum esse nostrum. Incendit igitur eos qui audiunt:  
uides quam rem agat ut Cercelis qui habitat totum hunc  
mundum suum Municipium esse existimet quid ille ice  
dat? Restinguet citius si ardentem acceperit: Ista ipsa quae  
tu breuiter regem dictatorem diuitem solum esse sapientem atque  
apte ac rotunde quippe habes: nam a rhetoribus illorum uero ista  
ipsa quae ex illa de uirtutis uia quam tantam uolunt esse ut beatum  
per se efficere possit? Pungunt quasi aculeis interrogati  
unculis angustis quibus etiam quae assentiuntur nihil commu  
tant: animo & uide abeunt qui uenerant. res. n. fortasse uere  
certe graues non ita tractantur: ut debent. sed aliquando mi  
nutius. Sequitur differendi ratio cognitioque naturae nam  
de summo bono mox ut dixi uidebimus: & ad id explican  
dum disputationem omnem conferemus. In iis igitur  
partibus duabus nihil erat quod zeno commutare gesti  
ret. res enim praeclare se habent & quidem in utraque parte  
Quid enim ab antiquis ex eo genere quod ad differendum  
ualet praetermissum est? Qui & diffinierunt plurima &  
diffiniendi artes relinquerunt. Quodque est diffinitionis  
adiunctam ut tres in partes diuidatur id & fit ab illis &  
quemadmodum fieri oportet traditur. Item de contrariis  
a quibus ad genera formaque generum uenerunt. Iam  
argumenti ratione conclusi caput esse faciunt: eaque perspi  
cua dicunt deinde ordinem sequuntur. Tum quid  
uerum sit in singulis extrema conclusio est. Quanta  
autem ab illis uarietas argumentorum ratione concludentium



eorumque cum captiosis interrogationibus dissimilitudo?  
Quid quod pluribus locis quasi denunciant: ut neque sensum  
fidem sine ratione: nec rationes sine sensibus exquiramus  
atque ut eorum alterum ab altero separemus? Quid ea quae  
dialectici nunc tradunt & docent non ne ab illis institu-  
ta sunt inuenta sunt? De quibus & si a Chrisippo maxime  
est elaboratum: tamen a zenone minus multo quam ab anti-  
quis ab hoc autem quaedam non melius quam ueteres: quae-  
dam omnino relicta quumque duae sint artes quibus per-  
fecte ratio & oratio compleatur: Vna inueniendi: altera  
differendi: Hanc posteriorem & Stoici & peripatetici: pri-  
orem autem illi egregiae tradiderunt Stoici omnino ne attingerent  
quidem nam e quibus locis quasi thesauris argumenta dep-  
merentur uestri ne suspicari quidem sunt superiores autem  
artificio & uia tradiderunt: Quae quidem res efficit ne-  
cesse sit iisdem de rebus semper quasi dictata decantare  
neque a comentariolis suis discedere. Nam qui scit ubi qui-  
que positum est quaque eo ueniat: Is & si quid obrutum erit pote-  
rit eruere semperque esse in disputando suus: Quod & si  
ingeniis magnis praedicti quidam dicendi copiam sine ratione  
consequuntur: Ars tamen est dux certior quam natura. Aliud est  
enim poetae morae uerba fundere aliud ea quae dicas ratione & ar-  
te distinguere similia dici possunt de explicatione naturae  
qua hi utuntur & uestri: Neque uero ob duas modo causas  
quod Epicuro uideretur ut pellatur mortis & religionis metus  
sed & modestiam quandam cognitio rerum caelestium af-  
fert iis qui uideant quanta sit & apud deos moderatio: quae  
tus ordo & magnitudinem animi: deorum opera & facta cer-  
nentibus iustitiam & quum cognitum habeas quod sit sum-  
mi rectoris & dei numen quod consilium: quae uoluntas:  
cuius ad naturam apta ratio: uera illa & summa lex a phi-  
losophis dicitur. Inest in eadem explicatione naturae insa-  
ciabilis quaedam ex cognoscendis rebus uoluptas: In qua  
una confectis rebus necessariis uacui negotiis honeste ac  
liberaliter possumus uiuere. Ergo in hac ratione tota  
de maximis fere rebus Stoici illos sequuti sunt: ut cum

deos esse & quatuor ex rebus omnia constare dicentur.  
Quum autem quaereretur res admodum difficilis. Nun-  
quinta quaedam natura uideretur esse ex qua ratio & in-  
telligentia oriretur. in quo etiam de animis cuius generis  
essent quaereretur. Zeno id dixit esse ignem: non nulla de  
indē aliter: sed ea pauca. De maxima autem re eodem modo  
diuina mente atq; natura mundum uniuersum atq; eius  
maximas partes ad ministrari. materiam uero rerum &  
apud eos: copiam exilem: apud illos uberrimam reperi-  
mus. Quam multa ab his conquisita & collecta sunt: de oī-  
um animantium genere: ortu membrum aetatibus: Quam  
multa de rebus his quae gignuntur e terra: quae multe: quae de  
rebus uariis & causae: cur quaeque fiat: & demonstrationes  
quemadmodum quaeque fiant: quae ex omni copia  
plurima & certissima argumenta sumuntur ad cuiusque rei  
naturam explicandam. Ergo adhuc: quantum equidem in-  
telligo causa non uidetur fuisse mutandi nominis non nisi  
omnia non sequebatur. Idcirco non erat: ortus illic. Eodem  
& Epicureorum in physicis quidem Democritum puto  
pauca mutat uel plura sane: At quum e plurimis eadem di-  
cit: tū certe de maximis: Quod itē quū uestri faciant non sa-  
tis magnam tribuūt iuuetoribus gratiā. Sed hec actūs:  
Nunc uideamus quæso de summo bono: Quod cōtinē philo-  
sophiā quod tandē attulerit quāobrem ab iuuetoribus tāq; a parē-  
tibus differit: Hoc igitur loco quae a te Caro diligēter ē expli-  
catus finis hic bonorum qui continet philosophiā & qui a  
Stoicis & quemadmodū diceret: tū ego quoque exponā ut p-  
spiciamus si potueris quid nā a Zeōne noui sit allatum.  
Quū. n. superiores equibus pleistis polio secundū naturā ui-  
uere sumū bonū eē dixisset: his uerbis significari Stoici tria  
dicāt: unū eiusmodi uiuere habētē sciētā earū rerū quae  
naturā euenirēt hūc ipsū Zenonis aiunt finē eē declaran-  
tem illud quod a te dictum est conuenienter naturae ui-  
uere: Alterum significare idem ut diceretur officia omnia  
media aut pleraque seruare antem uiuere. Hoc sic expositum

dissimile est superiori illud enim factum quod catorthoma dicebas contingit sapienti soli: Hoc autem inchoati cuiusdam officii est non perfecti quod cadere in nonnullos insipientes potest. Tertium autem omnibus aut maximis rebus iis quae secundum naturam sint fruendum uiuere hoc non est positum in nostra actione: Cōpletur enim & ex eo genere uitae quod uirtute finitur & ex his rebus quae secundum naturam sunt: nec sunt in nostra potestate. Sed hoc summum bonum quod certa significatione intelligitur eaque uita quae ex summo bono degitur quae cōiuncta ei uirtus est insipientem solum cadit: Isque finis bonorum ut ab his Stoicis scriptum uidemus a Xenocrate atque ab Aristotele cōstitutus est. Itaque ab is constitutio illa prima uatura a qua tu quoque ordiebare his prope uerbis exponitur: Omnis natura uult esse cōseruatrix sui ut & salua sit & in genere cōseruetur suo: Ad hanc rem aiunt artes quoque exquisitas quae naturam adiuuaret: In quibus ea numeretur in primis quae uiuendi ars ut tueretur quod a natura datum sit quod desit acquirat. iidemque diuiserunt naturam hominis in animum & corpus quumque eorum unum quodque per se expetendum esse dixissent. uirtutes quoque utriusque eorum per se expetendas esse dixerunt: Quum animum quadam infinita laude anteponebant corpori: uirtutes quoque animi bonis corporis anteponebant. Sed quum sapientia totius hominis custodem & procuratricem esse uellent quae esset naturae comes & adiutrix: hoc sapientiae munus esse dicebant: ut cūtueretur qui constaret ex animo & corpore in utroque iuuaret eum atque contineret. Atque ita re primo simpliciter collocata reliqua subtilius persequenter corporis bona facilem quandam rationem habere censebant. de animi bonis accuratius exquirebant in primisque reperiebant in his esse iustitiae semina: primique ex omnibus philosophis a natura tributam esse docuerunt: ut hi qui procreati essent a procreatoribus amarentur & id quod temporum ordine antiquius est ut coniugia uirorum & uxorum natura cōiuncta esse diceret qua ex stirpe orientur amicitiae cōiunctionum

Atque ab his: initiis profecti omnium uirtutum & originē  
& progressionem per secuti sunt. ex quo magnitudo quo  
que animi existeret: qua facile posset repugnari obfistiq; for  
tunæ que maxime res essent in potestate sapientis: uarieta  
tes autem iniuriasque fortunæ facile ueterum philosofo  
rum præceptis instituta uita superabat. Principiis autē  
a natura datis amplitudines quaedam bonorum excitaban  
tur: partim profecte a cōtēplatiōe rerū occultiorū quod erat  
īfusus menti cognitionis amor ex quo & ratiōis explican  
di differendique cupiditas cōsequebatur queque hoc solū ani  
mal natū est pudoris ac uerecūdiæ particeps: appetensque  
cōiunctiōē hominū ac societate: aīaduertēs quae in oībus  
rebus quas egeret aut diceret nequid ab eo fieret nisi ho  
neste & decore his initiis ut arte dixi terū seminibus a na  
tura datis temperantia: modestia: iustitia: & omnis hone  
stas perfecte absoluta ē habes īque Cato formā illoꝝ eorū de  
quibus loquor phylosophorū: qua exposita scire cupio que  
tā sit cur Zeno ab hac ātīqua īstitutiōe desciuerit? Quid  
nā horū ab eo nō sit prolatū quod ne omnem naturam  
conseruatricem sui dixerit? An quod omne animal ipsū  
sibi cōmēdatum ut se & ī suo saluum genere inco lumen  
que uellet? An quum omnium artium finis is esset: quid  
natura maxime quæretet idem statui debere de totius ar  
te uitae An que quum animo constaremus & corpore haec  
īpsa & eorum uirtutes perse esse sumendas? An uero  
displicuit ea quae tributa est animi uirtutibus tanta prae  
stantia? an quae de prudentia: de cognitione rerum de cō  
iunctiōe generis humani quaeque ab eisdem: de tempe  
rantia: de modestia: de magnitudine animi: de omni ho  
nestate dicuntur? fatebuntur toīci haec omnia dicta esse  
praeclare? Neque eam causam zenoni fesciscendi fuisse?  
alia quaedam dicent credo antiquorum esse peccata: quae  
ille ueri inuestigandi cupiendus nullo modo ferre potue  
rit. Quid enim peruersius? quid intolerabilius? quid stul  
tius: que bonam ualitudinem: que dolorum omnium uacuita  
tem: que integritatem oculorū reliquorūque sensum nō pone

re in bonis potius quam dicere nihil omnino inter eas res his que  
contrarias interesse. Ea omnia quae illi bona dicerent pro  
posita esse non bona: itemque illa quae in corpore excelle  
rent stulte antiquos dixisse per se esse expetenda & sumen  
da potius quam expetenda. Eademque omni uita quae in una  
uirtute consisteret: Illam uitam quae etiam caeteris rebus  
quae essent secundum naturam abundaret magis expeten  
dam: non esse sed magis sumendum quoniam ipsa uir  
tus efficiat ita beatam uitam ut beatior esse non possit ta  
men quaedam deesse sapientibus tum quum sunt beatissi  
mi. Itaque eos id agere ut a se dolores morbos debili  
tates repellant. O magnam uim ingenii causamque iu  
stam cur non aexisteret disciplina. Perge porro: sequentur  
enim quae tu scientissime complexus es: omnem insipie  
tiam & iniustitiam alia uitia similia omniaque peccata esse  
paria eosque qui natura doctrinaque longe ad uirtutem pro  
cessissent nisi eam plenam consequuti essent summe esse miseros: ne  
que inter eos uitam ac improbilissimorum quicquam omnino interesse  
ut Plato tantus ille uir si sapiens non fuerit nihilo uelius quam  
quouis improbilissimus: nec beatius uixerit. Haec uidelicet est  
correctio philosophiae ueteris & emendatio quae omnino aditum  
habere nullum potest in urbem in forum: incuriam. Quis enim fer  
re posset ita loquentem eum qui se auctorem uitae grauiter & sa  
pienter agendae profiteretur nomina resque commutaret. Quum  
que ibi sentiret quod omnes quibus rebus eadem uirtus tribueret: al  
ia nomina imponeret: uerba modo mutaret de opinionibus nihil detra  
hente patronum uel cauae in epilogo pro reo dicens negaret eum ma  
lū exiliū publicationē bonorum haec reicienda esse: non fugienda  
nec misericordem iudicem esse oportere. In oratione autem si loque  
retur: si Anniba ad portas uenisset murumque iaculo traiecisset:  
negaret esse in malis capi: uenire: interfici: patriam amittere  
An senatus quum triumphum Africano. decerneret: quid de eius uirtute aut felicitate posset diceret si neque  
uirtus in ullo nisi in sapiente nec felicitas uere dici po  
test. Quae est igitur ista philosophia quae communi  
more in foro loquitur in bello suo praesertim quum quod

illi uerbis suis significent in eo nihil mouetur: de ipsis rebus nihil mutetur: eadem res maneat: alio modo. Quid enim interest diuitias: opes: ualitudinem bona dicas: an ne praeposita? Quum ille qui ista bona dicit nihilo plus his tribuat q̄ tu qui eadem illa praeposita nominas: itaq; homo imprimis ingenuus & grauis dignus illa familiaritate Scipionis. & Laelii Panetius quum ad Q. tuberonem de dolore patiēdo scriberet quod esse caput debebat si probari posset nunquā posuit non esse malum dolore; sed quid esset & quale: quantumq; in eo esset alieni deindē quae ratio esset proferendi: cuius quidem quoniā Stoicus fuit sententia cōdemnata mihi uidetur esse immanitas ista uerborum. Sed ut proprius ad ea Cato accedam quae ad ea dicta sunt pressius agamus ea; quae modo dixisti cum his conferamus quae tuis antepono: Quae sunt igit̄ communia uobis cum antiquis. His sic utamur quasi cōcessis: quae in controuersiam ueniunt de his si placet differamus. mihi uero inquit placet agi subtilius. & ut ipse dixisti pressius. Quae enim ad hūc protulisti popularia sūt ego autem a te elegantiora desidero. A me ne tu inq̄ sed tamē enitar: & si minus mihi multa occurrēt: non fugiā ista popularia. Sed primum positum sit nōsmetiplos commēdatos esse nobis: primamq; ex natura hanc habere appetitionem: ut conseruemus nosmetiplos hoc conuenit sequitur illud ut animaduertamus qui simus ipsi: ut nos quales esse oportet esse seruemus. Sumus igitur homines. ex animo constamus & corpore quae sunt cuiusdam modi nosq; oportet: ut prima appetitio naturalis postulat: hanc diligere constituereq; ex his finem illum summi boni atq; ultimi quem si prima uera sint: ita constitui necesse est scilicet earū rerū quae sunt secundū naturā quā plurima & quā maxima adipisci. Hunc igitur finē illi tenuerunt quodq; ego pluribus uerbis: illi breuius secundū naturā uiuete. Hoc ius bonorū uideatur extrēmum. Age nūc isti doceant uel tu potius (quis enim ista melius) quo nā modo ad iisdē principiis p̄fecti efficiatis ut honeste uiueat

Idest enim uel ex uirtute uel nature congruenter uiuere summum bonum sit. & quo nam modo: aut quo loco corpus subito deserueritis oiaque ea quae cum secundum naturam sint: absint a nostra potestate: Ipsum denique officium Quæro igitur quomodo hæ tantæ commendationes a natura profecte subito a sapientia relicte sit. Quod si non hominis summum bonum quæreremus: sed cuiusdam animantis: is autem esset nihil nisi animus (liceat enim fingere aliquid eiusmodi quo uerum facilius reperiamus) tum illi animo non esset hic noster finis desideraret enim ualitudinem uacuitatem doloris appeteret etiam conseruationem sui earumque rerum custodiam finemque sibi constitueret secundum naturam uiuere. Quod est ut dixi habere ea: quae secundum naturam sint uel omnia uel plurima uel maxima cuiuscunque enim modi animal constitueris necesse est etiam si id sine corpore sit ut fingimus esse in animo quaedam similia eorum quae sint in corpore: ut nullo modo nisi ut exposui constitui possit finis bonorum. Chrysippus autem exponens differentias animantium ait alias earum corpore excellere: alias autem animo: non nullas ualere utraque re. Deinde disputat quod cuiusque generis animantis statuit deceat extremum. Quum autem hominem in eo genere posuisset ut ei tribueret animi excellentiam summum bonum id constituit non excellere animo sed uti nihil esse preter animum uideretur constitui summum bonum. Vno autem modo in uirtute sola summum bonum recte poneretur si quod esset animal: quod totum ex mente constaret id ipsum tamen sic ut ea mens nihil haberet in se quod esset secundum naturam ut ualitudo est. Sed id ne cogitari quidem potest quale sit non repugnet ipsum sibi: Sin dic quaedam obscurari nec apparere quia ualde parua sint uos quoque concedimus quod dicit Epicurus de uoluptate quae minime sint uoluptates: eas obscurari saepe & obui sed non sunt in eo genere paruorum tantae commoditates corporis itaque producte temporibus itaque multae. Itaque in quibus propter earum exiguitatem obscuratio sequitur saepe accidit ut nihil interesse

nostra fateamur: sint illa nec ne sint: ut in sole quod a te dicebatur lucernā adhibere nihil interest: aut teruncium addere Croesi pecuniæ. Quibus autem in rebus obscuratio tanta non sit: fieri tamen potest ut id ipsum quod interest non sit magnum ut ei qui iucunde uixerit annos decem si aequae uita iucunda mēstrua addatur: quae momentum aliquod habeat ad iucundā accessionem bonum sit. Si autē id non concedatur non continuo uita beata tollitur bona autem corporis huic sunt quod posterius posui similia habent enim accessionem dignam in qua elaboretur ut mihi in hoc Stoici iocari uideantur interdum quum ita dicant. Si ad illam uitam quae cum uirtute degatur ampulla aut strigilis accedat: sumpturum sapientē eam uitam potius quo haec adiecta sint: nec beatiorē tamen ob eam causam scire hoc simile tandem est non risu potius quam oratione eiciendum. Ampulla enim sit nec ne sit quis iure optimo deindeatur si laboret. At uero grauitate membrorum & cruciatu dolorum si quis quem leuet magnam ineat gratiam nec si ille sapiens ad tortoris eculeum a tyranno ire cogatur similem habeat uultum ac si ampullam perdidisset: sed ut magnū & difficile certamen iniens: cum sibi cum capitali aduersario dolore depugnandum uideret: excitaret omnes rationes fortitudinis ac patientiae: quarum praesidio iniret illud difficile ut dixi magnumque praeliuū deinde non quaeremus quid obscuretur aut intereat: quia sit admodum paruum: sed tale sit ut expleat summam. Vna uoluptas e multis obscuratur in illa uita uoluptaria. Sed tamen ea quāuis parua sit pars: est eius uitae quae posita in uoluptate nummus in Croesi diuitiis obscuratur pars est: tamen diuitiarū. Quare obscurent & haec quae secundū naturā esse dicimus in uita beata sint modo partes uitae beatæ. Atque si ut conuenire debet inter nos est quaedā appetitio naturalis ea quae secundū naturam sunt appetentes: eorum omnium est aliqua summa faciendā: quo constituto tū licebit ociose illa quaerere de



magnitudinē rerum: de excellētia quanta in quoq; sit ad  
beate uiuendum: de istis ipsis obscurationibus quae pro  
pter exiguitatem uix aut ne uix quidem appareant.  
Quid de quo nulla dissensio est. nemo enim est qui  
aliter dixerit: quin omnium naturarum simile esset id: ad  
qd̄ omnia referuntur: quod est ultimum rerum appeten-  
darum. Omnis enim est natura diligens sui. quae est enī  
quae se nūq̄ deserat: ut partem aliquam sui: aut eius partis  
habitum aut uim aut ullius earū rerum quae secundum  
naturam sint aut motum aut statum: quae autem natura  
suae primae institutionis oblita est: nulla profecto: quin suā  
uim retineat a primo ad extremum. Quo igitur euenit ut  
hominis natura sola esset. quae hominem relinqueret: que  
obliuisceretur corporis quae summū bonum non in to-  
to homine: sed in partem hominis poneret? Quomodo  
autem quod ipsi etiam fatentur: constatq; inter omnes:  
conseruabitur: ut simile sit omnium naturale illud ulti-  
mū de quo quaeritur? Tum enim esset simile si in caeteris  
quoq; naturis id cuiq; esset ultimum: quod in quaq; ex-  
celleret. Tale enim uisum esset ultimum stoicorum.  
Quid dubitas igitur mutare principia naturae? Quid  
enim dicis omne animal simulatq; sit ortū applicatum eē  
ad se diligendum esseq; in se conseruando occupatum?  
Quin potius ita dicis omne animal applicatum eē ad id  
quod in eo sit optimū: & in eius unius occupatum esse  
custodia? Reliquasq; naturas nihil aliud agere nisi id cō-  
seruent quod in quaq; optimum sit? quomodo autem  
optimum si bonum praeterea nullum est: si autem reliq̄  
appetenda sunt cur quod est ultimum rerum appetenda-  
rum id non aut ex omnium earum aut ex plurimarum &  
maximarum appetitione concluditur? Ut Phidias potest  
a principio instituere signum: idq; perficere potest ab alio  
inchoatum accipere & absoluere huic est sapientia similis  
Non enim ipsa genuit hominem: sed accepit a natura in-  
choatum. Hanc intuens debet institutum illud quasi  
signum absoluere. Qualem igitur natura hominem

incoavit? & quod est minus: quod opus sapientiae? Quid est quod ab ea & absolui & perfici debeat? Si: nihil in eo quidem perficiendum est: praeter motum ingenii quendam id est rationem: Necessesse est hoc ultimum esse ex uirtute uitae agere: rationis enim perfectio est uirtus. Si nihil nisi corpus summa erunt illa ualitudo: uacuitas doloris pulchritudo & cetera. Nunc de hominis summo bono queritur. quid ergo dubitamus in tota eius natura querere quid sit effectum? Quam. n. constat in omnes omne officium munusque sapientiae in hominis cultu esse occupatum. Alii ne me existimes contra stoicos solum dicere eas sententias afferunt: ut summum bonum in eo genere ponant: quod si extra nostram potestatem tamquam de inanimati aliquo loquantur: Alii contra quasi nullum sit corpus. Ita animum nihil curant quum praesertim quoque animus nominare nescio quid sit. neque enim id possum intelligere: sed in quodam genere corporis ut ne isquidem uirtute una contentus sit: sed appetat uacuitatem doloris: Quam obrem utriusque idem faciunt ut si leuam partem negligenter: dexteram tuerentur: aut ipsius animi ut fecit. Herillus cognitionem amplexarentur: actionem relinquerent. Eorum enim omnium multa praetermittentium dum eligant aliquid quod sequantur: quasi curta sententia. At uero illa perfecta atque plena eorumque quum de hominis summo bono querent nullam in eo neque animi neque corporis partem uacua tutela reliquerunt: Vos autem. Cato quia uirtus ut omnes fatemur altissimum locum in homine & maxime excellentem tenet: & quod eos qui sapientes sunt absolutos & perfectos putamus: aciem animorum nostrorum uirtutis splendor perstringitis. In omni enim animante est summum aliquid atque optimum ut in equis in canibus quibus tamen & dolore uacare opus est & ualere: Sic igitur in homine perfectio ista in eo potissimum quod est optimum id est uirtute laudatur. Itaque mihi non satis uidebitur considerare quod inter sit naturae quaeque progressio: Non. n. hoc quod facit in frugibus ut quum ad

Spica; perduxerit ab herba relinquat & pro nihilo habeat  
herbam idem fecit in homine quū eū ad rationis habitū  
perduxerit. Semper enim ita assumit aliquid ut ea quae  
prima dedit non deserat. Itaq; sensibus rationem adiun-  
xit & ratione effecta sensus non relinquit ut si cultura ui-  
tium cuius hoc munus est ut efficiat ut uitiis cum parti-  
bus suis omnibus quamoptimæ se habeat. Sed sic intel-  
ligamus: licet enim ut uos quoq; soletis fingere aliquid  
docendi causa (si igitur illa cultura uitium inuite insit ipa  
cetera ctedo uellitq; ad colendā uitē attinebāt sicut antea  
se aut omnibus uitis partibus præferat: statuaturq; nihil eē  
melius in uite q̄ se similiter sensus quum accessit ad natu-  
ram tuetur illam quidem sed etiam tuetur se. Quum  
aut assumpta ratio est tanto in dominatu locatur: ut  
omnia illa prima naturæ huius tutelæ subiiciantur. Itaq;  
non discedit ab eorum curatione quibus præposita uitā  
omnem debet gubernare. Ut mirari satis eorū inconstātiā  
non possumus naturalem enim appetitionem quā uocāt  
hormen: itemq; officium. Ipsam etiam uirtutem tuentem  
esse uolunt earum rerum quæ secundum naturam sunt.  
Quū aut ad sūmū uolūt peruenire transiliunt omnia  
& duo nobis opere pro uno relinquunt ut alia sumamus  
alia appetamus potius q̄ uno fine omnia concludant. At  
enim ueram dicitis uirtutem non posse cōstrui: si ea quæ  
extra uirtutem sint ad beate uiuendū pertineant: Quod  
totum contra est introduci enim uirtus nullo modo pōt  
nisi omnia quæ leget: quæq; reiciet unam referantur ad  
summam nam si omnino nos negligimus: in Aristonea  
uitia & peccata incidimus obliuiscemurq; quæ uirtuti ip-  
si principia dederimus sin ea non negligimus: neq; tamē  
ad finē sūmī boni referem⁹ nō multū ab Herilli leuitate  
aberrabim⁹ duarū. n. uitarū nobis erūt iſtituta capiēda fa-  
cit. n. ille se ūcta duo ultimā bonorū quæ ut essent uera  
coniungi debuerūt Nunc ista seperantur ut disiuncta sit  
quo nihil potest esse peruersus. Itaq; contra est ac dicitis  
nam constitui uirtus nullo modo potest: nisi ea quæ sint

prima naturæ ut ad suūmum pertinentia tenebit. quesita  
in uirtus non que relinqueret naturam: sed quæ tueretur  
At illa ut uobis placet partem quandam tueretur reliquā  
deserit Atq; ipsa institutio hominis si loqueretur: hec dice  
ret: primos suos quæsi coeptus appetendi fuisse ut se con  
seruaret in ea natura: in qua ortus esset. nōdum autem ex  
planatum satis erat quid maxime: natura uellet. explanet  
igitur. Quid enim aliud intelligitur nisi ut æque pars  
naturæ negligatur: in qua si nihil est præter rationem: sit  
in una uirtute finis bonorum: si ē etiam corpus. ista ex  
planatio naturæ nempe hec effecit: ut ea quæ ante expli  
cationem tenebamus: relinquamus. ergo conuenienter na  
ture utere: a natura discedere: ut quidam philosophi  
quæ a sensibus profecti maiora quædam ac diuiniora ui  
dissent sensus relinquerunt. sic isti quum ex appetitione re  
rerum uirtutis pulchritudinē aspexissent omnia propter  
quæ uirtutem ipsam uiderant: abiecerunt oblitū naturam  
omnem appetendarum rerum ita late patere ut a principi  
is permaneret & ad fines nec intelligunt se reꝝ illarū pul  
chrarū atq; admirabilium fundamenta subducere. Itaque  
mihi uidentur omnes quidem illi errasse qui finē bonorū  
esse dixerūt honeste uiuere sed alius alio magis: pyrro sili  
cet maximæ qui uirtute constituta nihil oīo qd̄ appetēdū  
sit relinquat: Deinde Aristo q̄ nihil relinquere nō est ausus  
introduxit autē q̄bus cōmotus sapiens appeteret aliquid:  
quod cuique in mentem uideret: & quodcūque tanquā  
occurreret. Is hoc melior q̄ Pyrro. Quid uel aliquod ge  
nus appetendi dedit deterior q̄ cæteri q̄ penitus a natura  
recessit: Stoici autē q̄ finem bonorū in una uirtute ponunt  
similes sunt illoꝝ. Quod autē principiū officii quærit  
melius q̄ Pyrro qd̄ ea nō occurrētia fingūt. Vincunt Ari  
stonē qd̄ autem ea quæ ad naturam accommodata & per  
se assumenda esse dicunt: nō adiūgunt ad finem bonorū  
desciscunt a natura & quodam modo sūt nō dissimiles  
Aristonis ille enim occurrētia nescio quæ commiscebatur  
hi autē ponūt illa quidem prima naturæ: sed ea seiungūt

a finibus & a summa bonorū quae quum proponūt ut sit aliqua rerum selectio naturam uidentur sequi quū aut negant ea quicq̄ ad beatā uitā pertinere rursus naturam relinquunt. Atq; ad huc ea dixi causa cur Zenoni nō fuisset q̄obrem a superiorū auctoritate discederet. Nunc reliqua uideam? nisi aut ad haec Cato dicere aliquid uis: aut nos iam lōgiore sumus neutrum uero inquit ille nam & a te perfici istā disputationem uolo: nec mihi tua oratio lōga uideri potest optime inq̄ quid. n. mihi potest esse optatius q̄ cum Catone oīum uirtutū auctore de uirtutibus disputare: sed primū illud uide grauisimam illam uestrā sentētiā quae familiam ducit honestum quod sit id eē solū bonū honesteq; uiuere bonorū finem cōmunē fore uobis cum omnibus q̄ in una uirtute cōstituūt finē bonorum: quodq; dicitis informati nō posse uirtutem si quicq̄ nisi quod honestū sit numeretur. Idem dicitur ab illis quos modo nomināui mihi aut equius uidebatur Zenonem cū Polemone disceptantem a quo quae essent principia naturae acceperat a comunibus initiis progredientem uidere ubi primū insisteret: & unde causa controuersiae nasceretur non stantem cū his qui ne dicerent qdē sua sūma bona esse a natura profecta ut iisdem argumentis quibus illi uterentur iisdemq; sētētiis minime uero illud probo: quod quum docuistis ut nobis uideamini solū bonū eē qd honestū sit: tū rursū dicitis initia pponi necesse esse apta & accomodata naturae: quorū ex electione uirtus possit existere. Non. n. i selectiōe uirtus ponēda erat ut id ipm quod erat bonorum ultimum aliud aliquid acquireret. nam: oīa quae sumēda quaeq; legēda aut optanda sunt: iesse debēt in summa bonorum: ut is qui eam adeptus sit: nihil praeterea desideret uides ne ut quibus summa est i uoluptate perspicuum sit quid iis faciendum sit: aut nō faciēdam: ut nemo dubitet eorum omnia officia quo spectare: quid sequi: quid fugere debeant? Sic hoc ultimum bonorū quod nūc a me defendiē apparet statim quae sint officia: quae actiones. Vobis autem qb?

nihil est aliud propositum nisi rectum atque honestum: Vñ  
officium agendi principium nascatur non reperietis Hoc  
igitur quaeritis omnes & hi qui quodcumque in mentem ue  
niat aut quodcumque occurrat se sequi dicent sed uos ad natu  
ram reuertimini: quibus natura iure responderit non esse  
uerum aliunde finem beatae uiuendi a se principia rei gerere  
de peti. esse enim unam rationem qua et principia rerum  
agendarum: & ultima bonorum continerentur atque ut Ari  
stonis esset explosa sententia dicentis nihil differre aliud  
ab alio: nec esse res ullas praeter uirtutes & uitia inter quas  
quicquam omnino interesset. sic erare Zenonem: qui nulla in re  
nisi in uirtute aut uitio propensionem ne minimi quidem  
momenti ad summum bonum adipiscendum esse dice  
ret. & quum ad beatam uitam nullum momentum ea res  
haberet ad appetitionem aut reuerti esse in his momenta di  
ceret. quasi uero haec appetitio non ad summi boni adep  
tionem pertineret. Quid autem minus consentaneum est quam  
quod aut cognito summo se reuerti ad naturam ut ab ea pe  
tant agendi principium. id est officii non actionis aut officii  
non impellit ad ea quae secundum naturam sunt appetenda:  
sed ab his & appetitio & actio commouetur: nunc uenio  
ad illa tua breuia quae consuetaria esse dicebas: & primum  
illud quo nihil potest esse breuius: bonum omne laudabile  
Laudabile autem omne honestum. Igitur omne bonum  
honestum. Optimum pugionem quis enim tibi illud  
primum concesserit: quo quidem concessio nihil opus est  
secundo. Si enim omne bonum laudabile est: omne laudabile  
honestum est. Quis tibi ergo istud dabit praeter Pyrronem  
Aristonem eorumue similes: quos tu non probas? Aristoteles uero  
Xenocrates tota illa familia non dabit quippe qui ualitudi  
nem: uires: diuitias: gloriam: multa alia bona esse dicunt  
laudabilia non dicant & hi quidem ita non sola uirtute  
finem bonorum contineri putant: ut rebus tamen omni  
bus uirtutem anteponant. Quid ceases eos esse fa  
cturos qui omnino uirtutem a bonorum fine segregauerunt  
Epicurum: Hieronymum: illos etiam si quis Carneadeum

finem tueri uolunt: iam aut Caliphō aut Diodorus quō  
poterunt tibi istud concedere: qui ad honestatem aliud  
adiungant: quod ex eodem genere non sit: placet igitur  
ubi Cato quum res sumptis non concessas ex illis effice  
re quod uelis. Iam ille Sorites: quo nihil putatis esse ui-  
tiosius: quod bonum sit: id esse optabile quod optabile  
id esse appetendū: Quod appetendū laudabile deinde reli-  
qui gradus: sed ego in hoc resisto eodem. n. modo tibi ne-  
mo dabit quod appetendū sit: id esse laudabile. Illud uero  
minime consentaneum: sed in primis habes illorum sili-  
cet nominum gloriatione dignam esse beatam uitā quæ  
non possit sine honestate contingere: ut iure quisq̄ glorie-  
tur dabit hoc Zenoni Polemo etiam magister eius & to-  
ta illa gens: & reliqui qui uirtutem omnibus rebus mul-  
to anteponentes: adiungunt ei tamen aliquid summo ī  
bono finiendo. Si enim uirtus digna est gloriatione ut ē  
tātūq; præstat caeteris rebus ut dici uix possit: & beatus eē  
poterit uirtute una præditus carens caeteris nec tamen il-  
lud tibi concedit præter uirtutem nihil in bonis esse du-  
cendum illi autem quibus summū bonum sine uirtute  
est non dabunt fortasse uitam beatam habere in quo iure  
possit gloriari & si illi quidem etiam uoluptates faciunt  
interdum gloriosas. Vides igitur te aut ea assumere quæ  
non concedantur: aut ea quæ etiam concessa te nihil adiu-  
uent equidem in omnibus istis conclusionibus hoc puta-  
rem philosophia nobisq; dignum: & maxime quum sum-  
mum bonum quæreremus: uitam nostram: consilia uolū-  
tates: non uerba corrigi. Quis enim potest istis quæ tu ais  
breuibus delectari: & acutis auditis de sententia discedere  
Nam quum ea spectant & habent audire cur dolor ma-  
lum non sit dicunt illi asperum esse dolorem molestum  
odiosum contra naturam difficilem toleratu: sed quia  
nulla sit in dolore neq; fraus: neq; improbitas nec malitia  
nec culpa nec turpitudine: non esse illud malum. Hæc qui  
audierit ut ridere non curret discedet tamen nihilo fir-  
mior ad dolorem ferendum q̄ uenerat. Tu autem negas

fortem esse quemq̄ posse: qui dolorem malum putat: cū  
fortior sit: si illud quod tute concedis asperum & uix fe-  
rendum putabit? Ex rebus enim timiditas non ex uoca-  
bulis nascitur: & ais si una littera cōmota sit fore tota ut  
labet disciplina. Vtrum igitur tibi litteram uideor an: to-  
tas paginas commouere? ut. n. sit apud illos id quod est  
a te laudatum: ordo rerum conseruatus: & omnia inter se  
apta & conexa sic enim a tebas tamen persequi non debe-  
mus si a falsis principis profeta congruent ipsa sibi & a  
proposito non aberant: In prima igitur constitutione Ze-  
no tuus a natura recessit. quumq; suummū bonum posu-  
isset in ingeni prestantia: quam uirtutem uocamus. nec  
quicq̄ aliud bonum esse dixisset nisi quod esset honestū  
nec uirtutem posse constare si in cæteris rebus esset quicq̄  
quo aliud alio melius esset: aut peius. his propositis teūit  
prorsus consequentia recte dicis. negare. n. non possum.  
sed ita falsa sunt ea quæ conseruuntur. ut illa e qbus hæc  
nata sunt uera esse non possint. docent enim nos ut scis  
dialectici si ea quæ rem aliquam consequantur falsa sint: fal-  
sam illā ipsā eē quam sequantur. Ita fit illa cōclusio nō so-  
lū uera: sed ita p̄spicua: ut dialectici ne rōem quidē reddi  
putēt oportere: si illud hoc nō aut hoc: igitur ne illud qui-  
dē. sic cōsequētibus uestris sublati primā tollāt: quæ secuū-  
tur Igitur omēs q̄ nō sūt sapiētes æque miseros eē Sapiē-  
tes omnes summe beatos eē: Recte facta omnia æqualia:  
oīa peccata paria: quæ quū magnifice: primo dici uiderēt  
cōsiderata minus p̄bantur. Sēsus. n. cuiusq; & natura rerū  
atq; ipsa ueritas clamat quodāmodo non posse adduci ut  
inter eas res quas zenō exæquaret nihil interesset: Postea  
tuus ille Renulus (Scis enim citius q̄ hunc a philosophia  
cliētes tuos a poetica profcctos) homo igitur acutus causā  
non obtinens re pugnante natura uerba uersare coepit &  
primum rebus his quas nos bonas ducimus concessit. ut  
haberentur aptæ: habiles & ad naturam accomodatæ: fate-  
riq; coepit sapienti hoc est summe beato cōmodius tamen  
esse si ea quoq; habeat: quæ bona nō audet appellare natu-



re ipsi accommodata eē concedit: negatq; Platonem si sapiēs  
nō sit eadem eē ī causa: qua tiranū Dionysium: huic mo-  
ri optimū eē propter desperationem sapiētiae: illi propter  
spem uiuere. peccata partim esse tolerabilia: partim nullo  
modo: propterea q̄ b̄ alia peccata plures: alia pauciores qua  
si numero sufficīi preterirent. Iam insipientes alios ita  
esse ut nullo modo ad sapientiam possent, peruenīr alios  
qui possent si id gessissent sapientiam consequi. hic loque-  
batur aliter: atq; omnes sentiebar idem quod ceteri. Nec  
uero minoris estimanda ducebat ea quæ ipse bona nega-  
ret esse: q̄ illi qui ea bona esse dicebant. Quid igitur uo-  
luit sibi qui illa mutauerit: salutem aliqd̄ depondere de-  
traxisset: & paulo minoris estimauisset ea q̄ peripatetici: ut  
sentire quoq; aliud non solum dicere uideretur. Quā  
de ipsa beata uita: at quā omnia referuntur quæ dici-  
tis. Negatis eam esse quæ expleta sit omnibus his rebus  
quas natura desideret: totamq; eam in una uirtute positā  
quāq; omnis controuersia aut de re soleat: aut de nōe eē  
utraq; earum nascitur: si aut res ignoratur: aut eratur ī nō-  
ie: quorum si neutrū est: opera dēda est ut uerbis utamur  
q̄ usitatissimis: & quam maxime aptis idest rem declaran-  
tibus. Num igitur dubium est quin si in re ipsa nihil pec-  
catur a superioribus: uerbis illi cōmodius utuntur. Videā-  
mus igitur sententias eorum: tum ad uerba redeamus.  
Dicunt appetitionem animi moueri quum aliquid ei se-  
cundum naturam esse uideatur: omniaq; quæ secundum  
naturam sint aestimatione aliqua digna eaq; pro eo quā-  
tū in quaq; sit ponderis esse aestimāda. Quæq; secūdu na-  
turā, sint parti nihil habere in sese ei⁹ appetitiōis. de qua  
sæpe iā dixim⁹ quæ neq; honesta nec laudabilia dicantur  
pti quæ uoluptatē hēat ī oī animāte: s; ī hominē rationē  
& ex his: quæ sit apta: ea honesta ea pulchra: ea laudabilia.  
Illa aut superiora naturalia nominant quæ coniuncta  
cū honestis uitā beatā perficiūt & absoluūt oīum aut eorū  
cūmodorū q̄ nō illi plus tribuūt: q̄ illa bona esse dicūt  
q̄ Zeno q̄ negat lōge p̄stātissimū esse. quod honestū esset  
atq; laudabile: Sed si duo honesta proposita sint: alteram

cū ualitudinalitez cū morbo nō eē dubium ad utrū eorū  
natura nos ipsa deducta sit. Sed tamē tāta uī honestatis  
esse tātūq; eā rebꝰ oībꝰ p̄stare & excellere ut nullis nec sup  
plicis nec p̄miis demoueri possit ex eo quod rectū esse d  
creuerit q̄iaq; quae dura difficilia: aduersa uideant: ea uir  
tutibus hīs quibus a natura essemus ornati optari posse  
nō faciles illas quidē nec contemnēdas (Quid enim eēt  
in uirtute tātū) sed ut hoc iudicarem nō eē in his partē  
maximā positā beate aut secus uiuēdi ad sūmā: ea quae  
Zeno aestimāda & sumēda & apta naturae esse dixit: eadē  
illi. bona appellāt. Vitā autē beatā illi eā quae constaret ex  
his rebus quas dixi aut plurimis aut grauissimis Zeno at  
quod suā q; ppriā speciē habeat cur appetēdū sit id solum  
bonū appellat. Beatā at uita eā solā quae cū uirtute degat  
si de re discrepari oportet nulla mihi tecū Cato potest eē  
dissentio. Nihil ē. n. de quo aliter tu sentias atq; ego mō  
cū mutatis uerbis ipsas res cōferamus. Nec hoc ille non ui  
dit sed uerborū magnificētia est & gloria delectatus: qui  
si ea quae dicit ita sentiret ut uerba significāt quid iter eū  
& uel Pyrrhonē: uel Aristonē iteresset? sin autē eos nō pbat  
Quid attinuit cū iis qbꝰ cū re cōueniebat uerbis discre  
pare? Quid si reuiscāt Platonici illi & de iceps q; eorū  
auditores fuerūt & tecū ita loquātur? nos cū te. M. Cato  
studiosissimū philosophiae: iustissimū uirū optimū iudi  
cē religiosissimū testē audirem? admirati sumꝰ qd eēt cur  
nobis Stoicos anteferres: qui de rebus bonis & malis sen  
trent ea quae ab hoc Polaeone Zeno cognouerāt: no  
minibus uterēt iis quae prima specie admirationē re ex  
plicata risū mouerent. Tu autē si tibi illa pbanē cur non p  
priis uerbis illa tenebas? Sin te auctoritas commouebat  
nobis ne omnibus & Platoni ipsi nescio quem illum an  
teponebas? praesertim quū i te. p. p̄nceps eē uelles ad eāq;  
tuēdam cū sūma tua dignitate maxie a nobis ornari atq; i  
strui posses? Nobis. n. ista quae sita a nobis descripta: nota  
ta praecepta sūt oīumque rez publicaz rectiones genera  
status mutationes: Leges etiam & instituta ac mores ei

uitatū p̄scriptim⁹. Eloquētiae uero quae & p̄cipibus ma-  
xime ornamento ē & q̄ te audiuius ualere plurimū quā  
tū tibi ex monumētis nostris addidisses ea quū dixissent:  
Quid tādē talib⁹ uiris respōderes rogatē te inqt ut dice-  
res pro me tu quidē q̄ illis orationē dictauisses: uel potius  
paulū loci mihi ut his responderem dares nisi & te audirē  
nūc mallē: & istis tñ alio tēpore respōlurus essē: tunc. s. cū  
tibi. tq̄ si rerum respōdere uelles Cato hęc erant dicenda  
nō eos tibi nō p̄batos tātis īgeniis homines tātaq; aucto-  
ritate sed te aiaduertisse quas res illi p̄pter ātiquitatē pa-  
rū uidissēt eas a Stoicis esse perspectas: Eisdē de reb⁹ hos  
tū acutius differuisse: tū sensisse grauius & fortius quippe  
qui primū ualitudinē bonā expetēdā negāt esse eligēdam  
dicāt: nō q̄ sit bonū ualere sed q̄ sit nō nihilo æstimādū  
Neq; tñ pluris q̄ illis uideat q̄ illud nō dubitāt bonū di-  
cere hoc uero te ferre nō potuisse: Quod antiqui illi qua-  
si barbati ut nos de nostris solem⁹ dicere crediderit eius q̄  
honeste uiueret: si idē bñe ualeret bñe audiret: copiosus eēt  
optabiliorē fore uitā meliorēq; & magis expetēdā q̄ illius  
q̄ æque uir bonus multis modis eēt ut Ennii Alcineo cir-  
cūuētus morbo exilio: atq; inopia. Illi igitur antiqui non  
tā acute optabiliorē illā uitam putāt p̄stātorē beatiorē:  
Stoici autē tātūmodo p̄ponēdā in seligendo: non quo bea-  
tior hęc uita sit sed quo ad naturā accomodatior & q̄ sa-  
piētes nō sunt oēs æque miseros eē. Stoici hęc uidelicet  
uiderūt: Illos autē id fugerat superiores qui arbitrabantur  
hoies sceleribus & perricidiis inquinatos nihilo misero-  
res eē q̄ eos qui cū caste & itegre uiuerēt nudū perfectam  
illā sapientiā eēt cōsecuti. Atq; hoc loco similitudines il-  
las quib⁹ illi uti solent dissimilimas proferebas. Quis. n.  
ignorat si plures ex alto emergere uelint proprius fōte eol  
quidā ad respirādū qui ad sūmā iā aquā adropinquāt: Sz  
nihilo magis respirare posse q̄ eos qui sunt ī p̄fundo. Ni-  
hil enim adiuuat procedere & p̄gredi in uirtute quo mi-  
nus miserrimus sit añq̄ ad eam peruenerit quoniam in  
aqua nihil adiuuat. Et quoniā catuli q̄ iā despecturi sūt

cæci aequæ ac hi quî mō nati. Platonē quoq; necesse ē quo  
niā nōdū uidebat sapiētīā aequæ cæcū aīo ac phalarim fu  
isse. Ista similia nō sūt Cato ī quib⁹ quîs multū pcesseris  
tñ illd̄ ī eadē cā ē a quo abesse uelis: donec euaseris nec n.  
ille respirat añ q̄ emerfit & catuli aequæ caeci priusq; de  
spexerit ac si ita futuri sēp essēt. Illa sunt similia hebes aci  
es ē cui piām oculorū corpore alius lāguescit: hi curatione  
adhibita leuanē ī dies alter ualet plus quotidie alī uidet  
hi similes sūt oīb⁹ q̄ uirtuti studēt leuanē uitiis leuanē er  
rorib⁹ nisi forte cēsses. T. Gracchū patrē beatiorē fuisse q̄ fi  
liū: quū alī stabilire. rē. p. studuerit: alī euertere nec tamē il  
le erat sapiēs. Quis n. hoc habet: aut qñ aut ubi aut unde  
Sed q̄ studebat laudī & dignitatī multū ī uirtute processe  
rat. Cōferā at auū tuū Drusū cū. C. Graccho ei⁹ fē aequali  
Quæ hic rei. p. uulnera īpoēbat eadē ille sanabat s; nihil ē  
q̄ tā miseros faciat q̄ īpietas & scel⁹ ut iā oēs īsapiētcs sint  
miseri q̄ pfecto sūt nō ē tñ aequæ miser q̄ patriæ cōsulit  
& is q̄ illā extictā cupit. Leuatio igī uitiōz magna fit is q̄  
habēt ad uirtutē pgressiōis aliq̄tulū. Vestri at pgressiōnē  
ad uirtutē fieri aiūt leuatiōnē uitiōz fieri negāt. At quo ni  
tuntur hoīes acuti argumēto ad pbādū opæptiū est cōsid  
rate quæz inquit artū sūma crescere pōt: earum etiam cō  
trariæz sūma poterit augeri ad uirtutis aut summam acce  
dere nihil potest ne uitia quidē igitur crescere poterunt:  
quæ sūt uirtutū cōtraria utrū igī tādē pspicuis ne dubia  
apiunt: an dubiis perspiciua tollūtur? Atq; hoc pspiciuū ē  
uitia alia aliis eē maiora. Illud dubiū ad id quod sūmū  
bonū dicitis ec quæ nā fieri possit accessio. Vos autem cū  
pspicuis dubia debeatis illustrare. pspiciua conamini tollē  
Itaq; eadē ratiōe qua sū pauloante usus hætebitis. Si enī  
ppterēa uitia alia aliis maiora nō sūt quia ne ad finē eū  
quidem bonorum: quē uos facitis quicq; potest accedere  
quoniā pspiciuū ē uitia nō eē oīū pia finis bonoz uobis  
mutād⁹ ē. Teneam⁹ n. illud necesse ē cū cōsequēs aliud fal  
sū sit: illud cuius id cōsequēs sit nō posse eē uez: quæ est  
igī cā istaz agustiaz gloriola ostētatio icōstituēdo sūmo

bono? Quum enim quod honestum sit: Id solum bonum esse confirmat: tollit cura ualitudinis diligentia rei familiaris: administratio rei. proordo gerendorum negotiorum officia uitae ipsam deique illud honestum: in quo uno uultis esse omnia deserendum est quae diligentissime contra Aristonem dicuntur a Chrysippo ex ea difficultate ille fallacis loquelae ut ait Accius malitiae nate sunt Quid. n. sapientia ubi pedem poneret non habet sublatis officiis omnibus officia autem omnia tollerentur delectu omni & discrimine remoto: quae esse poterant rebus omnibus sic exaequantur ut inter eas nihil interesset. Ex his Augustius ista euaserunt deteriora quam Aristonis: Illa tamen simplicia uestra uersuta. roges enim Aristonem bona ne ei uidebatur haec uacuitas doloris: diuitiarum: ualitudo neget. Quid quae contraria sunt his mala ne? nichilo magis. Zenonem roges respondeat totidem uerbis. admirantes quaeramus ab utroque quonam modo uitam agere possimus: si nihil interesse nostra putemus ualeamus: aegri ne simus uacui: an cruciemur dolore: frigus: famem propulsare possimus. Viues inquit Aristo magnifice atque praecclare: Quod erit cumque uisus agere: nunquam angere nunquam cupies: nunquam timebis quod Zeno? portenta haec esse dicit: nec ea ratione ullo modo posse uiui: sed differre inter honestum & turpe nimium: quantum nescio: quid imensum: inter caeteras res nihil omnino interesse: Idem adhuc (audi reliqua & risum contine si potes) media illa inquit inter quae nihil interest tamen eiusmodi sunt: ut eorum alia eligenda sit: alia reicienda: alia omnino negligenda: hoc est ut: eorum alia uelis: alia nolis alia non cures. Ac modo dixeras nihil in his rebus esse quod interesset: & nunc idem dico iniquies: Sed ad uirtutes & ad uitia nihil interesse quasi: Quis istud nesciebat. Verum audiamus ista inquit quae dixisti: ualere: locupletem esse non dolere: bona non dico: Sed dicam graece proegmena latine autem: producta sed praeposita aut praecipua malo sit tolerabilius & mollius. Illa autem egestatem morbum dolorem non appello mala. sed si libet reiecta neque itaque illa non dico me expectere: sed legere: nec optare sed summere: Contraria autem non fugere sed quasi discernere. Quid ait Aristoteles reliquique Platonis alumni se

omnia quae secundum naturam sint bona appellare: quae autem  
contra mala: Videsne Zenonem tuum cum Aristotele uerbis  
consistere dissidere cum Aristotele: & cum illis re consentire: uerbis  
discrepare: cur igitur cum de re conueniat non malim? usitate  
loqui: aut doceat paratior me contemnendam pecuniam fore: si il-  
la in rebus propositis quam si in bonis duxero fortior est in pa-  
riendo dolore si eum aspum & difficilem propeffu & contra na-  
turam est quam si malum est dixerim. Facete Marcus Piso familiaris  
nostri & alia multa & hoc loco Stoicos irritabam. Quid  
enim dicebat bonum negas esse diuitias propositum esse dicis: quod ad  
uitas: auaritia ne minus: quod si uerbum sequimur primum lo-  
gius uerbum propositum quam bonum nihil ad rem: ne sit sane: at cer-  
te grauius. Nam bonum ex quo appellatum sit nescio propositum  
ex eo credo quod proponat aliis id mihi magnum uideatur itaque di-  
cebat plus tribui diuitiis a Zenone quam eas in propositis pone-  
retur ab Aristotele quod bonum esse diuitias fatere: sed neque ma-  
gnum bonum & praefectis honestisque contentendum: ac despicien-  
dum. nec magnopere expetendum: omninoque de omnibus istis uerbis  
a Zenone mutatis ita disputabat: ut quae bona negarentur  
esse ab eo & quae mala illa letioribus nominibus ab eo  
appellari: quam a uobis: haec tristioribus. Piso igitur hoc modo  
uir optimus tuusque ut scis amantissimus nos paucis ad haec  
additis finem faciamus: aliquando longum est. nam ad omnia respondere:  
quae a te dicta sunt. nam ex eisdem uerbis prestigis & regna na-  
ta uobis sunt & imperia: & diuitiae tanta quidem ut omnia quae  
ubique sit sapientis esse dicatis solum praeterea formosum solum  
liberum solum ciuem omnia contraria stultis quos & insanos esse uul-  
tis haec paradoxa illi: nos admirabilia dicamus. Quid autem  
habet admirationis quam prope accesseris conferam tecum quam cuique  
uerbo re subiicias nulla erit controuersia omnia peccata pia di-  
citis non ego tecum iam ita loquar ut uisdem de rebus. Quum. L. Mure-  
na te accusate perfederem apud iudicos cum illa dicta sunt: aliquid &  
coronae datum nunc agendum est: subtili? peccata pia quoniam  
quae neque honesto quaeque honesti? nec episcopi episcopi? Perge porro nam de  
isto magna dissensio est. Illa argumenta prope uideamus? cur omnia  
peccata sit pia ut igitur infidibus plurimis si nulla eorum ita contem-

ta numeris sit ut contentum seruare possit: omnes æque i  
cõtetae sit: sic peccata quæ discrepant æque discrepant paria  
sunt. igitur hoc abigo ludimus. æque. nec cõtigit omnibus fidi  
bus ut i cõtetae sint illud nõ cõtium ut æque icõtete. colatio  
igitur ista re nihil iuuat. nec. n. omnes auaritas si æque auari  
tas eẽ dixerim: sequitur & ut æquas eẽ dicam. ecce aliud siue  
difficile ut. n. igitur gubernator æque peccat: si paleam nauẽ euer  
tit: & si auri: Itẽ æque peccat q̄ parẽtẽ & q̄ seruũ i iuria uer  
berat: hoc nõ uideĩ cuius generis onus nauis uehat: & ad gu  
beratoris artẽ nil pertiẽt. Itaq; aurũ paleam portet: ad bñe  
aut ad male gubernadũ nihil i teresse. At qd iter petẽ & ser  
uulũ iter sit itelligi & potẽ & debet ergo i gubernado nihil i  
officio plurimũ i terest quo i genere peccet: Et si i ipa guber  
natoe negligẽtia eẽ nauis: euerfa: maius eẽ peccatũ i auro q̄ in  
palea oĩbus. n. artibus uolumus attributã eẽ eã quae cõmunis  
appellatur prudẽtia quã oēs q̄ cuiusq; artificio p̄sunt debent  
habere Ita ne hoc mō pia qdẽ peccata sũt urgẽt tñ & nihil  
remitũt quoniã igitur oẽ peccatũ i becilitatis & i cõstãtia eẽ  
haec at uitia i oĩbus stultis æque magna sũt: necesse eẽ pia  
eẽ peccata q̄si aut cõcedat i omnibus stultis eẽ uitia & eadem  
i becilitate & in cõstãtia. L. Tubullũ fuisse qua illũ cuius is  
cõdenatus eẽ rogatione. P. Scaeuolã & q̄si nihil in res quo  
q; ipas inq̄bus peccat iter sit: ut quo hae maiores minoresue  
sint eo quoq; peccata in his rebus aut maiora sint aut mi  
nora. Itaq; (iã. n. concludatur oratio) hoc uno uicio maxie  
mihĩ premi uidentur tui Stoici q̄ se posse putant duas  
contrarias sententias obtinere quid est. nam repugnans  
q̄ eundem dicere qd honestũ sit solũ: id bonũ esse q̄ dicat  
appetitionem rez ad uiuẽdũ accomodatã a natura p̄fe  
ctã. Ita cũ ea uolunt retinere quae superiori s̄tentiae con  
ueniũt in Aristonẽ incidũt quum id fugiũt re eadẽ deffẽ  
dũt: quae peripatetici: uerba teneãt mordicus quae rursus  
dũ sibi euelli ex ordine nõ uolunt horridiores euadũt: aspio  
res: duriores & orõe & moribus quã illoz tristitiã atq; aspe  
ritatem fugiens Panetius nec acerbitatẽ s̄tentiãz: nã disse  
rẽdi spinas p̄bauit: fuitq; in altero genere mitior: in altero

illustrior: semperq; habuit in ore platonem: Aristotelem:  
Xenocratem: Theophrastū: Dicearchum: ut ipsius scripta  
dealarant: quos quidē tibi studiose & diligenter tractādos  
magnopere cēleo. sed quoniam ad uesperascit: & mihi ad  
uillam reuertendū ē: Nunc quidē haecenus ueg; hoc qui  
dē saepe faciamus. Nos uero inquit ille nā qd possumus  
facere melius? & haec quidē primā exigam a te operā ut  
audias me quae a te dicta sunt refellētem sed memēto te  
q; nos sentiamus oīa probare: ni quod uerbis aliter utā-  
mur mihi aut uestroz nihil pbari: scrupulum inq; abeun-  
t: sed uidebimus. Quae quum essent dicta discessimus.

**Explicit liber quartus incipit quintus: F.**

Um audissem Antiochū Brute ut solebat cū  
M. Pisonem disputantem in eo gymnasio qd  
Ptolomeum uocatur unaq; nobiscum. Q.  
frater nos. T. pomponius. L. Cice-  
ro faterster cognatione patruelis: amore ger-  
manus cōstituiamus inter nos ut ambulationem post me-  
ridianam conficeremus in Academia maxime quod is  
locus ab omni turba id temporis uacuis esset: Itaque  
ad tempus ad Pisonem omnes inde uario sermone sex il-  
la a dypilo stadia cōfecimus. Cū autē uenissemus ī Acade-  
miā solitudo erat quā uolueram. Tū Piso natura ne no



bis hoc inquit datum dicam an errore quodam fu cu ea  
loca uideamus in quibus memoria dignos uiros acceperi  
mus multos esse uersatos magis moueamur quam si ante  
eorum ipsorum aut facta audiamus aut scriptum aliquid  
legamus. uelut ego nunc moueor uenit enim mihi plato in  
mentem que accepimus primu hic disputare solitu cuius  
etiam illi ortu propinqui non memoriam solum mihi  
afferunt sed ipsum uidentur in conspectu meo hic ponere.  
Hic Speusippus hic Xenocrates hic eius auditor polemo  
cuius ipsa illa sessio fuit quam uidemus equidem etiam  
curiam nostram hostilam dico non hanc noua que mihi  
minor esse uidetur postea quam est maior solebam intu  
ens Scipionem Catonem Lelium nostrum uero in primis  
auum cogitare tanta uis admirationis inest in locis ut non  
sine causa ex his memorie ductas sit disciplina. Tu. Qui  
est plane piso ut dicis inquit nam me ipsum huc modo  
uenientem conuertebat ad se se coloneus ille locus: cuius  
incola Sophocles ob oculos uersabatur. Quem scis quod ad  
mirer quod eo delecter me quidem ad altioremem memoriam  
cedipodis huc uenientis & illo mollissimo carmine quæ  
nam essent ipsa hæc loca requirentis species quædam com  
mouit inanis. sed comouit tamen. Tunc Pomponius  
at ego quem uos ut deditum Epicuro insectari soletis sum  
multum equidem cum Phedro: quem unice diligo ut sci  
tis in Epicuri ortis: quos non preteriebamus? sed ueteris  
prouerbi admonitu uiuorum meminimus nec tamen Epicu  
ri licet obliuisci si cupiam: cuius imaginem non modo in ta  
bulis nostri familiares: sed etiam in poculis & in anulis  
habent. Hic ego Pomponius quidem inquit noster iocari ui  
detur: & fortasse suo iure. Ita. n. se Athenis collocauit: ut sit  
pene unus ex Atticis: ut id etiam cognomine uideatur  
habiturus. ego autem tibi Piso assentior: ut hoc eueni  
re ut actius aliquanto & attentius de claris uiris locorum  
admonitu cogitemus. Scis enim me quodam tempore  
Metapontum uenisse tecum: neque ad hospitem ante diuer  
tisse quam Pythagoræ ipsum illum locum ubi uitam ediderat

sedemq; uiderim. hoc autem tempore: & si multa in omni  
parte Athenarum sunt: in ipsis locis inditia summorum  
uirorum: tamē ego illa moueor exedra: modo .n. fuit Car  
neades quem uideri uideor. est .n. nota imago: a sedeq; ip  
sa tanta ingenii magnitudine orbata desiderari illam uo  
cem puto: tum Piso quoniam igitur aliquid omnes quid  
Lucius noster: inquit An eū locum libenter inuisit ubi de  
mosthenes & Elchines interesse decertare soliti sunt: suo  
enim quisq; studio maxime ducitur & ille quum erubuis  
set noli inquit ex me quaerere qui in phalericum & descē  
deri quo in loco ad fluctum aut declamare solitū Demo  
sthenem ut fremitum assuesceret uoce uincere modo et iā  
paulū ad dexterā d̄ uia declinaui: ut ad Periclis sepulchrū  
accederem q̄ id quidem infinitum est in hac urbe qua  
cumq; enim ingredimur in aliquam istoriā uestigium po  
nimus. Tum Piso a qui Cicero inquit ista studia si ad imi  
tandos summos uiros spectant ingeniosorum sunt: sin tā  
tummando ad indicia ueteris memoriae cognoscenda cu  
riosorum: te autem hortamur omnes currentem quidem  
ut spero: ut eos quos nouisse uis etiam imitari uelis hic  
ego & si facit hic quidem inq; Piso (ut uides) ea quae prae  
cipis: tamen mihi grata est hortatio tua. Tū ille amicissime  
ut solebat: nos uero inquit omnes omnia ad huius adole  
scentiam conferamus: imprimisq; ut aliquid suorum stu  
diorum philosophiae quoq; impertiat: uel ut te imitetur  
quem amat uel ut illud ipsum quod studet faceere possit  
ornatus: sed utrum hortandus es nobis Luci inquit: an &  
tua spē propensus es: mihi quidem Anthiochum quē  
audis satis belle uideris attendere tum ille timide nel po  
tius uerecunde facio inquit e quidem. Sed audisti ne mo  
do de Carneade: rapior illuc: reuocat autem Anthiochus:  
nec est praeterea quem adiuuamus tū Piso & si hoc inquit  
fortasse non poteris sic abire quum hic adsit: me autem di  
cebat: tamē audebo te ab hac Academia noua ad ueterem  
illam uocare: in qua ut dicere Anthiochum audiebas: non  
hi solum numerantur qui Academici uocantur Speusip

pus Xenocrates Polemo Crantor caeterique sed etiam peripatetici ueteres quorum princeps Aristoteles quem (excepto Platone) haud scio ad recte dixerim principem philosophorum ad eos igitur conuertente te quaeso ex eorum enim scriptis & institutis quum omnis doctrina liberalis omnis istoria omnis sermo elegans sumi potest: tum uarietas est tanta artium: ut nemo sine eo instrumento ad ullam rem illustriorem satis ornatus possit accedere ab his oratores: ab his imperatores ac rerum publicarum princeps extiterunt ut ad minora ueniam mathematici: poetae: musici: medici denique ex hac tamquam ex omnium artium officina perfecti sunt. Ad quae ego scis me inquam istud idem sentire Piso sed a te oportune mentio facta est studet enim meus audire Cicero quae nam sit istius ueteris quam commemoras Academiae de finibus bonorum: peripateticorumque sententia censemus autem te facillime id explanare posse quod & Staseam neapolitanum multos annos habueris apud te: & quum plures iam menses Athenis. haec ipsa te ex Anthiocho uidemus exquirere & ille ridens age age inquit satis enim scite me nostri sermonis principium esse uoluisti exponamus adolescenti si qua forte possumus: dat enim id nobis solitudo: quod si quis deus diceret nunquam putarem me in Academia tanquam philosophum disputaturum: sed ne dum huic obsequor uobis molestus si mihi inquam: qui te id ipsum rogauit? Tum Quintus & Pomponius quum idem se uelle dixissent Piso exorsus est Cuius oratio attende quaeso brute satis ne uideatur Anthiochi complexam esse sententiam quam tibi qui fratrem eius Aristum frequenter audieris maxime probatam existimo sic est igitur locutus: Quantus ornatus in peripateticorum disciplina sit satis est a me ut breuissime potui paulo ante dictum sed est forma eius disciplinae sicut fere caeterarum triplex: una pars est naturae: differendi altera uiuendi: tertia natura sic ab his inuestigata est ut nulla pars caelo mari terra (ut poetice loquar) praetermissa sit quum etiam quum de rerum initis omnique mundo locuti essent

ut multa non modo probabili argumentatione: sed etiā  
necessaria mathematicorum ratione cōcluderēt maximā  
materiam ex rebus profe inuestigatis ad rerum occultaru;  
cognitionem attulerunt persecutus est Aristoteles animā  
tium omnium ortus: uictus: figuras. Theophrastus autē  
stirpium natus omniūque fere rerum quae e terra gi  
gnerentur causas atq; rationes qua ex cognitione facilior  
facta ē iuestigatio rerū occultissimarū: differendiq; ab his  
dem non dialecticae sed etiam oratoria praecepta sunt tra  
dita ab Aristoteleq; principe de singulis rebus in utranq;  
partem dicendi exercitatio instituta: ut non contra omnia  
semper sicut Arcesilas diceret & tamen ut in omniibus re  
bus quicquid ex utraq; parte dici possit exprimeret quū  
autem tertia pars bene uiuendi praecepta quaereret: ea  
quoq; est ab hisdem non solum ad priuatae uitae rationē  
sed etiam ad rerum pu. rectionem relata omnium fere ci  
uitatum non graeciae solum sed etiam barbariae ab Aristo  
tele mores instituta disciplinas: a Theophrasto leges etia;  
cognouimus. Quumq; uterq; eorum docuisset qualem  
in re publica principem conueniret. pluribus praeterea  
quum scripsisset qui esse optimus rei. pu. status hoc am  
plius Theophrastus quae essent in re publica inclina  
tōnes rerum & momenta temporum quibus esset mode  
randum ut quūq; res postularet. uitae autē degēdæ rō ma  
xima quidē illis placuit quieta icōtēplatione & cogitōne  
posita rez quæ quia deoz erat uitae simillima: sapiente  
uisa est dignissima: atq; his de rebus & splendida ē eorum  
& illustris oratio. de summo autē bono quia duo genera  
librorū sunt unum populariter scriptum quod exoter  
con appellabant alterum limatius quod in cōmentariis  
reliquaerunt non semper idem dicere uidentur nec in sū  
ma tamen ipsa aut uarietas est ulla apud hos quidē quos  
nominaui aut inter ipsos dissensio: sed quum beata ui  
ta quaeratur. idq; sit unum quod philosophia spectare &  
sequi debeat sit ne ea tota sita ī potestate sapientis: an pos  
sit aut labefactari aut eripi rebus aduersis: in eo non nūq;

uariari inter eos & dubitari uideatur quod maxime efficit  
Theophrasti de beata uita liber in quo multum admo-  
dum fortunae datur. Quod si ita se habeat non possit beatam  
praestare uitam sapientia haec mihi uideatur delicatio (ut  
ita dicam) molliorque ratio quam uirtutis uis grauiusque postu-  
lat. Quare teneamus Aristotelem & eius filium Nicoma-  
chum: cuius accurate scripti de moribus libri dicuntur illi  
quidem esse Aristotelis: sed non uideo cur non potuerit  
patri similis esse filius Theophrastum tamen adhibeamus  
ad pleraque dummodo plus in uirtute teneamus quam ille te-  
nuit firmitatis & roboris simus igitur contenti his nan-  
que horum posteriores meliores illi quidem mea sententia quam  
reliquarum philosophi disciplinarum sed ita degenerant  
ut ipsi ex se nati esse uideantur Primum Theophrasti Stra-  
to physicum esse uoluit. In quo & si est magnus tamen no-  
ua pleraque & perpauca de moribus: huius Lysias ex oratione  
locuples rebus ipsis ieiunior concinnus deinde & elegans  
huius Aristotelem sed ea quae desideratur a magno philoso-  
pho grauitas in eo non fuit scripta sane & multa & poli-  
ta sed nescio quo pacto auctoritatem oratio non habet  
Praeterea multos in his doctum hominem & suauem Hiero-  
nymum quem iam cur peripateticum appellem nescio  
summum enim bonum exposuit uacuitatem doloris qui autem  
de summo bono dissentit de tota philosophiae ratione  
dissentit. Critolaus imitari antiquos uoluit & quidem est  
grauitate proximus & redundat oratio at tamen is quidem  
in patris institutis manet. Diodorus eius auditor adiun-  
git ad honestatem uacuitatem doloris hic quoque finis est  
de summoque bono dissentientes dici uere peripateticus  
non potest. Anticorum autem sententiam Anthiochus  
noster mihi uideatur persequi diligentissime quam eandem  
Aristotelis fuisse & Polemonis docet facit igitur Lucius  
noster prudenter qui audire de summo bono: potissimum  
uelit hoc enim constituto in philosophia constituta sunt  
omnia nam caeteris in rebus siue praetermissum sit siue  
ignoratum est quippe non plus incommodum est quam qua

ti quaeque earum ferum est in quibus neglectum est aliquid. Summum autem bonum si ignoretur uiuendi rationem ignorari necesse est: ex quo tantus error consequitur ut quem in portum se recipiant scire non possint cognitum autem rerum finibus quum intelligitur quid sit & bonorum extremum: & malorum inuenta uitae uia est: confirmatioque omnium officiorum. est igitur quo quicque referatur ex quo id quod omnes expetunt beate uiuendi ratio inueniri & comparari potest. quod quoniam in quo sit magna dissensio est Carneadea nobis adhibenda diuisio est qua noster Antiochus libenter uti solet ille igitur uidit non modo quot oio fuissent ad huc philosophorum de summo bono sed quot oio esse potuissent sententiae. negabat igitur ullam esse artem quae ipsa a se proficisceretur & enim semper illud extra est quod arte comprehenditur nihil opus est exemplis hoc facere longius est enim perspicuum nullam artem ipsam in se uersari. sed esse aliud artem ipsam aliud quod propositum sit arti. quoniam ut medicina ualitudinis: navigationis gubernatio: sic uiuendi ars est prudentia necesse est eam quoque ab alia re esse constitutam & profectam consistit autem fere inter omnes id in quo prudentia uersaretur & quod assequi uellet aptum & accomodatum naturae esse oportere: & tale ut ipsum per se inuitaret & alliceret appetitum animi: quem ορμην graeci uocant quid autem sit quod ita moueat. Itaque a natura in primo ortu appetatur non constat. de qua eo est inter philosophos quum summum bonum exquiratur omnis dissensio totius enim quaestionis eius quae habetur de finibus bonorum & malorum quum quaeritur in his quid sit extremum & ultimum fons reperiendus est in quo sint prima inuenta naturae. Quo inueto omnes ab eo quasi capite de summo bono & malo disputato ducitur Voluptatis alii primum appetitum putant & primam de pulsionem doloris alii censent primum alitum & primum declinatam dolore ab his alii quae prima secundum naturam nominant proficiscuntur: in quibus uenerunt incolumitatem conseruationemque omnium partium: ualitudinem: sensus integros:

doloris uacuitatem uites pulcritudinem caeteraq; generis  
eiusdem quorum similia sunt prima in animis quasi uir-  
tutum igniculi & semina ex his tribus quum unum ali-  
quod sit: quo primum natura moueatur. uel ad appetēdū  
uel ad repellendum. nec quicq; omnino praeter haec tria  
possit esse necesse est oīo officium aut fugiendū aut sequē-  
di ad eorū aliquid referri. ut illa prudentia quā artē uitae  
esse diximus in eorū trium regū aliqua uersetur a qua toti⁹  
uitae ducatur exordium. Ex eo autē quod statuerit esse quo  
primum natura moueatur: existet etiā recti ratio atq; hone-  
sti quae cum uno aliquo ex tribus illis congruere possit  
ut aut id honestum sit facere omnia aut noluptatis causa  
etiam non consequate aut non dolendi etiam si assequi  
nequeas aut earum quae secundum naturam sunt ad ipi-  
scendorum etiam si non adipiscere. Ita fit ut quanta dif-  
ferentia est in principiis naturalibus: tanta sit in finibus  
bonorum malorumq; dissimilitudo. alii rursus iisdem a  
principiis oīe officium referent aut ad uoluptatem aut ad  
non dolendum aut ad prima illa secundum naturam ob-  
tinenda. Expositis iam igitur sex de summo bono sen tētiis  
triū proximaz hi principes uoluptatis Aristippus: nō do-  
lendi Hieronymus: fruendi rebus his quas primū secūdū  
naturam esse diximus Carneades non ille quidē auctor s;3  
defensor differendi causa fuit superiores tres erant quae  
esse possent quatum est una sola defensa eaq; uehementer.  
nam uoluptatis causa facere omnia etiam si nihil conse-  
quamur tamē ipsum illud consilium ita faciendū per se  
expetendum: & honestum: & solum bonum sit: nemo di-  
cit. ne uitationem quidem doloris ipsam per se quisq; in  
rebus expetendis putauit: ne si etiam euitare posset: at ue-  
ro: facere omnia ut adipiscamur quae secundum naturam  
sint & si ea non assequamur id esse & honestum & solum  
per se expetendum: & solum bonum. Stoici dicunt. Sex  
igitur hae sunt simplices de summo bonorum malorum  
quae sententiae duae sine patrono quattuor defensae iū-  
ctae autem & duplices expositōes summi boni tres omnino

fuerunt. nec uero plures si penitus rerum naturam uideas  
esse potuerunt. nam aut uoluptas adiungi potest ad ho-  
nestatem ut Caliphoni Dinomachoque placuit aut do-  
loris uacuitas ut Diodoro. aut prima naturae ut anti-  
quis: quos eosdem Academicos & peripateticos no-  
minamus. Sed quoniam non possunt omnia simul dici.  
haec in praesentia nota esse debebunt: uoluptatem semo-  
uendā esse quando ad maiora quaedā nati sumus de ua-  
cuitate doloris eadem fere solent dici: quae contra uolu-  
ptatem dicta sunt quoniā igitur & de uoluptate cū tor-  
quato & de honestate in qua una omne bonum ponere-  
tur cū Catone est disputatū quae contra uoluptatē dicta  
sunt: eadem fere cadunt contra uacuitatē doloris nec uero  
alia sunt quaerenda contra Carneadeam illā sententiam.  
quocunque enī modo sūmū bonū sic exponitur. ut id ua-  
cet honestate nec officia: nec uirtutes in ea ratioe: nec ami-  
cicie constare possunt. coniunctio autē cū honestate: uel  
uoluptatis uel non dolendi id ipsum honestum quod  
āplecti uult: efficit turpē ad eas enim res referre quae agas  
quae una si quis malo careat in sūmo eum bono dicat  
esse. Altera uersetur in leuissima parte naturae: obscuratis ē  
omnem splendorem honestatis ne dicam inquinantis.  
Restant Stoici qui quum a peripateticis & Academicis  
omnia transtulissent: nominibus aliis easdem res sequuti  
sunt hos contra singulos dici est melius: sed nunc quod  
agimus de illis quum uolemus. Democriti autem securi-  
tas quae est animi tanq̄ tranquillitas quam appellant eu-  
thymian eo separanda fuit ab hac disputatione: quia ista  
animi tranquillitas ea est ipsa beata uita. Quaerimus autē  
nōn quae sit: sed unde sit iam explosae eiectaeq; sententiae  
Pyrrhonis Aristonis Herilli. Quod in hunc orbem quē  
circumscripsimus incidere non possunt: adhibendae oīo  
non fuerunt. Nam quum omnis haec quaestio de finib9  
& quasi extremis bonorum & malorum ab eo proficiscat  
quod diximus. Naturae esse aptum & accommodatum  
quodq; ipsum per se primum appetatur: hoc totum & hi



tollunt: qui in rebus his: in quibus nihil quod non aut honestum: aut turpe sit: negant esse ullam causam cur aliud alii anteponatur: nec inter eas res quicquid omnino putant interesse. & Herillus si ita sensit: nihil esse bonum praeter scientiam: omnem consilii capiendi causam inuentionemque officii sustulit. Sic exclusis, sententiis reliquorum quum praeterea nulla esse possit: haec antiquior ualeat necesse est ergo instituto ueterum quo etiam Stoici utuntur hinc capiamus exordium. Omne animal seipsum diligit: & simul ac ortum est id agit: ut se conseruet, quod hic ei primus ad omnem uitam tuendam Appetitus a natura datur: se ut conseruet atque ita sit affectum: ut optime secundum naturam affectum esse possit hanc initio constitutionem confusam habet & incertam ut tamen modo se tueatur: qualecunque sit. sed nec quid sit: nec quid possit: nec quid ipsius natura sit intelligit quum autem processit paulum: & quatenus quicquid se attingat ad seseque pertineat perspicere coepit: tum sensim incipit progredi: seseque agnoscere & intelligere quam ob causam habet eum: quem diximus: animi appetitum ceptatque & ea quae naturae sentit apta appetere & propulsare contraria. Ergo omni animali illud quod appetit positum est in eo quod naturae est accommodatum. Ita finis bonorum existit secundum naturam uiuere sic affectum ut optime affici possit ad naturamque accommodatissime. Quoniam autem sua cuiusque animantis natura est necesse est quoque omnium hunc finem esse ut natura expleatur nihil enim prohibet quaedam esse & interesse animalibus reliquis & cum bestiis homini communia. quoniam omnium est natura communis sed extrema illa & summa quae quaerimus inter animalium genera distincta & dispersita sunt & sua cuique propria: & ad id apta quod cuiusque natura desiderat. Quare cum dicimus omnibus animalibus extremum esse secundum naturam uiuere: non ita accipiendum est quasi dicamus unum esse omnium extremum: sed ut omnium artium recte dici potest commune esse: ut in qualibet scientia ueretur. Scientiam autem suam cuiusque artis esse sic omnium commune ani-

malium secundū naturam uiuere: sed naturas eē diuerfas  
ut aliud equo sit: aliud boui: aliud homini & tamen in  
omnibus summa communis: & equidem non solum in  
animalibus: sed etiam in rebus omnibus: his quas natu-  
ra alitū auget: & tuet̄ ī qbus uidem⁹ ea quae gignunt̄ e terra  
multa quodammodo: efficere ipsa sibi per se: quae ad ui-  
uendum erescendumq; ualeant & suo genere perueniant  
ad extremum ut iam liceat una compræhensione omnia  
complecti: non dubitemq; dicere: omnem naturam esse cō-  
seruatricem sui idq; habere p̄c positum quasi finem & ex-  
tremum: se ut custodiat quam in optimo sui generis sta-  
tu ut necesse sit omnium rerum quae natura uigeant simi-  
lem esse finem: non eundem ex quo intelligi debet homi-  
ni id esse in bonis ultimum secundum naturam uiuere.  
quod ita interpretemur: uiuere ex hominis natura undiq;  
perfecta & nihil requirente haec igitur nobis explicanda  
sunt: sed si enodatus: uos ignoscetis: huius enim aetati  
& huic nunc primum: hoc fortasse audienti seruire debe-  
mus. Ita prorsus inquam: & si ea quidem: quae ad huc di-  
xisti quāuis ad aetatem recte isto modo dicerentur. Expo-  
sita igitur inquit determinatione rerum expetendarum  
cur ista res ita se habeat ut dixi deinceps demonstrandū  
est: Quam obrem ordiamur ab eo quod modo posui:  
quod idem re ab se primum est. ut intelligamus: omne ani-  
mal seipsum diligere: quod quanq̄ dubitationem nō ha-  
bet (est enim infixum in ipsa natura) compræhendit̄ suis  
cuiusq; sensibus. sic ut contra si quis dicere uelit: non au-  
diatur tamen nequid praetermitam⁹: rationes quoq; cur  
hoc ita sit: afferendas puto. Et si quidem: potest̄ intelligi  
aut cogitari esse aliquod animal: quod se oderit res enim  
concurrent̄ contrariae. Nam cum appetitus ille animi ali-  
quid ad se trahere cœpit consulto: quod sibi obsit. quia sit  
sibi inimicus quum id sua causa faciet: & oderit se: & si-  
mul diliget: quod fieri non potest. Necesse est quidem si-  
qs sibi ipsi inimic⁹ est: ea quae bona sunt: mala putare: bo-  
na cōtra quae mala: & quae appetēda fuger̄: & q̄ fugienda

appetere. quæ sine dubio uitæ sunt euersio. Neq; enim  
si non nulli reperiuntur. qui aut laqueos: aut alia exitia  
quærant: aut ut ille apud Terentium: qui decreui tantil  
per se minus iniuriæ suo nato facere: ut ait ipse: dum fiat  
miser: inimicus ipse sibi putandus est: sed ali' dolore mo-  
uentur ali' cupiditate: iracundia etiam multi effertur: &  
quum in mala scientes ruunt: tamen se optime sibi consu-  
lere arbitrantur. Itaq; dicunt nec dubitant mihi: sic usus  
est: tibi ut opus est facto fac: uelud qui ipsi sibi bellum in-  
dixissent cruciari dies: noctes torqueri uellent. nec uero sese  
ipsi accusarent: ob eam causam q; se male rebus suis consu-  
luisse dicerent. Eorum enim hæc est quaerela: qui sibi ca-  
ri sunt: seseq; diligunt. Quare quocumq; diceretur  
male de se quis mereri: sibi quæ esse inimicus: atq; hone-  
stis: uitam denique fugere: intelligatur aliquam subesse ei  
modi causam: ut ex eo ipso intelligi possit: sibi quemq; esse  
carum. Nec uero satis est id neminem esse: qui ipse se  
oderit: sed illud quoque intelligendum est: neminem esse  
qui quo modo se habeat: nihil sua censeat interesse. Tol-  
letur enim appetitus animi: si ut in his rebus inter quas  
nihil interest neutram in partem propensiores simus. ite  
in nobis metipsis quemadmodum affecti simus nihil  
nostra arbitremur interesse. Atq; etiam illud si quis di-  
cere uelit per absurdum sit: ita diligere a sese quemq; ut ea uis  
diligendi ad aliam rem quampiam referatur: nõ ad eum  
ipsum qui sese diligit. Hoc cum in amicis: cum in offi-  
ciis: cum in uirtutibus dicitur. quocumq; dicitur intelligi  
tamen quid dicatur potest. in nobis autem ipsis intelligi  
quidem propter aliam quampiam rem: uerbi gratia propter  
uoluptatē nos amemus: propter nos enim illam: nõ propter  
eam nosmet ipsos diligimus quãquidē quod magis p̄spi-  
cuū sit nõ modo carū sibi quemq; ueueq; etiam uehementer  
carum esse. Quis est enim. aut quotus quisq; cui mors  
quū appropinquet: non refugiat timido sanguis: atq; ex  
albescat metu? Et si hoc quidē ē inuitio: dissolutione na-  
turæ tã ualde phoretrescere: quod ite ē rephesū i dolore

Sed quia fese sic afficiuntur omnes satis argumēti est ab interitu naturā ab hotere. Itaq; quo magis quidam ita faciunt: ut iure & repraehendātur: hoc magis intelligendū ē haec ipsa nimia in quibusdā futura fuisse: nisi quaedam essent modica natura. Nec uero dico eorum metum mortis qui quia priuari se uitae bonis arbitrentur: aut quia quāsdam post mortem formidines extimescant: aut si metuunt ne cum dolore moriantur ideo mortem fugiant. In paruis. nisi saepe q̄ nihil eorum cogitāt si quādo his ludentes minamur precipitatos alicūde extimescunt. Quin etiā fere iqt Pacui? q̄bus abest ab praecauendum intelligendi astutia sibi iniecto terrore mortis horrescunt. Quis autem de ipso sapiente aliter existimat? quin etiā decreuerit esse moriendum: tamen discessu a suis atq; ipsa reliquēda luce moueatur. Maxime autem in hoc quidē generē uis ē perspicua naturae: quum & medicatē multi perpetiant ut uiuant: & angantur a p̄p̄inatione mortis cōfecti homines senectute & ea perferāt quae philoctetam uidemus in fabulis: qui quum cruciaretur non ferendis doloribus p̄pagabat tamē uitam aucupio sagittarum: configebat tardus celes stans uolātes: ut apud Actiam est: pennarumq; contextu corporis tegumenta faciebat. De hominum genere aut omnino: de aīalium loquor: quū arborum & stirpium eadem pene natura sit: siue ut doctissimus uiris uisus est: maior aliqua causa atq; diuinius hanc uim ingenuit siue hoc ita sit fortuito: uideamus ea quae terra gignit corricibus & radicibus ualida seruari quod contingit animalibus sensum distributione: & quadam compactatione membrorum. Quae quidem de re quanq̄ assentior his q̄ haec oīa regi natura putant: quae si natura negligat ipsa esse non possint tamē concedo ut qui de hoc dissertiunt existiment quod uellent ac uel hoc itelligant: si quando naturam hoīs dicā hoīem dicere me. Nihil enim hoc differt. Nā prius poterit a se quisq; discere quam appetitum earum rerum quae sibi conducant amittere. Iure igit̄ grauis simi philosophi initium summi boni a natura petuerūt

& illū appetitū seꝛ a natura accōmodatarum in generatū  
putauerūt omnibus qui cōtinētur ea commendatione na-  
turæ qua se ipsi diligunt. Deīceps uidēdū est quoniam sa-  
tis apertum est: sibi quēq; a natura esse carum quæ sit hō-  
minis natura id est enim de quo quaerimus. Atq; perspi-  
cuum est hominem e corpore animoq; cōstare quum pri-  
mæ sint animi partes secundæ: corporis. Deīde id quoq;  
uideam⁹ & ita figuratum corpus ut excellat aliis: animū  
quæ ita cōstitutum: ut & sensibus instructus sit: & habeat  
p̄stātiā mentis: cui tota hominis natura pareat: i qua sit  
mirabilis quaedā uis rōis: & cognitionis: & sciētiae uirtu-  
tumq; omnium. Nam quæ corporis sunt: ea nec auctori-  
tatē cum animi partibus comparandam: & cognitionem  
habent faciliorem. Itaq; ab his ordiamur. Corporis igitur  
nostri ptes totaq; figura & forma & staturam: quam apta  
ad naturam sit apparet: neq; est dubium qui frons: oculi  
aures: reliquæ partes quales ppriæ sunt hominis itelli-  
gat⁹ sed certe opus est ea ualere & uigere & naturales mot⁹  
ususq; h̄re ut nec absit qd eorum nec aegrum debilitat⁹  
ue sit id. n. nata desiderat. Est enim actio quaedā corporis  
quæ motus & status naturæ cōgruētis tenet in quibus  
si peccetur distortionē & deprauationē quadam aut mo-  
tu statuæ deformis: ut si aut manibus īgrediatur quis: aut  
non ante: sed retro fugere plane se ipse & hominem ex ho-  
mine exuens naturam odisse uideatur. Quam obrem  
quum etiam sessiones: & flexi fractiq; motus: quales pro-  
pteruorū hominum: aut mollium esse solēt: contra naturā  
sint ut & si aī uitio id ueniat tamē i corpore imitari hoīs  
natura uideatur. Ita e contrario moderati æquabilesq; ha-  
bitus affectiones ususque corporis apta esse ad naturam  
uidentur. Iam uero animus non esse solum: sed etiam  
cuiusdam modi debet esse: ut & omnes partes suas habeat  
incolumes: & de uirtutibus nulla desit. Atqui insensib⁹  
est sua cuiusq; uirtus ut ne quid impediāt quo min⁹ suo  
sensus quisq; munere fungatur in his rebus celeriter expe-  
direque percipiendis quæ subiectæ sunt sensibus.

Animi autem & eius animi partis quae princeps est quae  
que nens nominatur plures sunt uirtutes sed duo prima ge-  
nera: unum earum quae in generantur suapte natura ap-  
pellanturque non uoluntariae: alterum earum quae in uo-  
luntate positae magis proprio nomine appellari solent:  
quarum est excellens in animarum laude praestantia:  
Prioris generis est docilitas memoria: quae fere omnia ap-  
pellantur uno ingenii nomine: easque uirtutes qui habent  
ingeniosi uocantur. Alterum autem genus est magnarum  
uerarumque uirtutum quas appellamus uoluntarias: ut pru-  
dentiam: temperantiam: fortitudinem: iustitiam & reliquas eius-  
dem generis. Et summam quidem haec erant de corpore  
animoque dicenda: quibus quasi informatum est quod ho-  
minis natura postulet. Ex quo perspicuum est quoniam  
ipsi a nobis diligamur: omniaque & in animo & in corpo-  
re perfecta uelimus esse: ea nobis ipsa cara esse propter se:  
& in his esse ad bene uiuendum momenta maxima. Nam  
cui proposita sit conseruatio sui necesse est huic partes quo-  
que sui carae esse: carioresque quo perfectiores sint: & magis  
in suo genere laudabiles. Ea enim uita expetitur: quae sit  
animi corporisque expleta uirtutibus: in eoque summum  
bonum poni necesse est quando quidem id tale esse de-  
bet ut rerum expetendarum sit extremum. Quo cognito  
dubitari non potest quin quum ipsi homines sibi sint pro  
se & sua sponte cari: partes quoque & corporis. & animi & ea-  
rum res: quae sunt in utriusque motu & statu sua caritate co-  
latur & per se ipse appetantur. Quibus expositis falsis est  
coniectura. Ea maxime esse expetenda ex nostris quae pul-  
cherrimum habent dignitatis: ut optima cuiusque partis quae  
per se expetatur uirtus sit expetenda maxime. Ita fit ut ani-  
mi uirtus corporis uirtuti anteponatur: animique uirtutes non  
uoluntarias uincant uirtutes uoluntariae: quae quidem  
propriae uirtutes appellantur multumque excellunt propterea  
que ex ratione gignantur. quia nihil est in homine diuinius.  
Est enim omnium rerum quas & creat natura: & tuetur:  
quae aut sine animo sint aut multo secus eorum summum bonum

in corpore est. Ut non iuscite illud dictum uideatur in  
sue animū illi pecudi datum pro sale ne putresceret. Sūt  
autem bestiae quaedam: in quibus inest aliquid simile  
uirtutis, ut in leonibus ut in canibus ut in equis: in quibus  
non corporum solum ut in suis: sed etiam animorum  
aliqua ex parte motus aliquos uidemus. In homine autē  
sūma oīs animi ē & in aīo rationis exq̄ uirt⁹ ē: quæ rōnis  
absolutio diffinitur: quā & atq; & explicandā putāt. Earū  
etiā rerū quas terra gignit educatio quaedam & perfectio  
est non dissimilis animantium. Itaq; & uiuere uitem &  
moti dicimus arboremq; & nouellam & uetulam uigere  
& lenescere. Ex quo non est alienum ut amnātibus sic il  
lis & apta quaedam ad naturam: amputareq; aliena: earū  
que augendarū & alendarum quandā cultricem esse: quæ  
sit sciētia atq; ars agricolarū: quæ circumcidat āputet: eri  
gat: extollat: adminiculetur ut quo natura ferat: eo possit  
ire ut ipse uites si loqui possent: ita se tractandas: tuendas  
que esse fateantur. Et nunc quidem quod eam tuetur: ut  
de uite potissimum loquat est id extrinsecus. In ipsa enī  
parum magna uis est ut quamoptime se habere possit: si  
nulla cultura adhibeatur. At uero si ad uite sensus accesserit  
ut appetitum quēdam habeat & per se ipsam moueat  
quid facturam putas: an ea quæ per uinitorem antea cō  
sequebat: per se ipsam curabit. Sed uides ne accessuram ei  
curam: ut sensus quoq; suos eorūq; omniū appetitū: & si  
qua sunt ei membra adiuncta tueatur. Sic ad illa quæ se  
per habuit iungit ea quæ postea accesserint: nec eodem  
finem habebit quē cultor eius habebat: sed uolet secundū  
eam naturam: quæ postea ei adiuncta sit uiuere. Ita simi  
lis erit & finis boni atq; antea fuerat: neq; idem tamē. Nō  
enim iam stirpis bonum quaeret: sed animalis. Quod si  
non sensus modo ei sit datus: uerum etiam animus hoī  
nis non necesse est: & illa pristina manere & tuenda: inter  
hæc multo esse cariora: quæ accesserint: animiq; optimam  
quam quæ partem carissimā: in eaque expletione naturæ  
sūmi boni finē cōsistere: quū longe multūq; prestat mens

atque ratio Sic & extremum omnium appetendorum at  
que dictum a prima coitate naturae multis gradibus ascen  
dit: ut ad summū perueniret quod cumulatur ex integri  
tate corporis & ex mentis ratione perfecta. Quū igitur ea  
sit: quam exposui forma naturae: si ut initio dixi simulat  
que ortus esset: se quisque cognosceret: iudicare quae pos  
set quae uis & totius esset naturae: & partium singularū  
continuo uideret: quid esset hoc: quod quaerimus oīum  
rerum quas expetimus summū & ultimum: nec ulla in re  
peccare posset. Nunc uero a primo quidem mirabiliter oc  
cultata natura est: nec perspici nec cognosci potest. Progredi  
entibus autem aetatibus sensim tardeue potius quali nos  
metiplos cognoscimus. Itaque illa prima cōmendatio que  
a natura nostri facta est: nobis obscura & incerta est pri  
musque appetitus ille animi tatum agit: ut salui atque inte  
gri esse possimus. Quum autem dispicere coeperimus &  
sentire quid simus: & quid animantibus coeteris differa  
mus: tū ea sequi incipimus ad quae nati sumus. Quam si  
militudinem uidemus in bestis: quae primo in quo loco  
natae sunt: ex eo se non commouent: deinde suo queque  
appetitu mouetur. serpente anguiculos: nare anaticulas: euo  
lare merulas: cornibus uti uidemus boues: uespas aculeis  
suam denique cuique naturam esse ad uiuendum ducem:  
quae similitudo in genere etiam humano apparet. Parui  
enim primo ortu sic iacent: tanquam omnino sine animo sint.  
Quum autem paululum firmitatis accesserit & animo  
utantur & sensibus cōtutunturque: ut se se erigant & ma  
nibus utantur: & eos agnoscunt a quibus educantur: de  
inde aequalibus delectantur: libenterque se cum his cōgre  
gant: dantque se ad ludendum: fabellarumque auditione du  
cuntur deque eo quod ipsis superat aliis gratificari uolūt  
animaduertuntque ea quae domi fiunt curiosius: in cipi  
ūtque cōmetari aliquid & discere & eorum quos uidet nolūt nō  
ignorare nomina: quibusque rebus cum aequalibus decer  
tāt: si uincunt: efferunt se laetitia: uicti debilitāt aīosque  
demittunt: quorum sine causa fieri nihil putandum est. Est



enim natura sic generata uis hominis: ut ad omnem uirtutem percipiendam facta uidebatur: ob eamque causam parui uirtutum simulacris: quarum in se habent semina sine doctrina mouentur. Sunt enim prima elementa naturae quibus auctis uirtutis quasi cermen efficitur. Nam quum ita nacti factique simus ut & agendi aliquid & diligendi aliquos & liberalitatis & referendae gratiae principia in nobis contineremus: atque ad scientiam: prudentiam fortitudinemque aptos animos haberemus a contrariis que rebus alienos: non sine causa eas quas dixi in pueris uirtutum quasi scintillulas uidemus e quibus accendi philosophi ratio debet: ut eam quasi deum ducem subsequens ad naturae perueniat extremum. Nam ut saepe iam dixi in infirmitate: imbecillaque mente uis naturae per galiginem cernitur. Quum autem progrediens confirmatur animus: agnoscit ille quidem naturae uim: sed ita ut progredi possit longius per se: sit tamen inchoata. Intrandum igitur in rerum naturam: & penitus quid ea postulet per uictendum. Aliter enim nosmet ipsos nosse non possumus quod praecipuum quia maius erat quam ut ab homine uideretur: ideo assignatum est deo. Iubet igitur nos Pythius Apollo noscere nosmet ipsos. Cognitio autem haec est una ut uim nostri corporis animique norimus sequamurque eam uitam quae rebus ipsis perfruatur. Quoniam autem is animus appetitus a principio fuit: ut ea: quae dixi quae perfectissima a natura aberemus: confitendum est quum id adepti simus quod appetitum sit in eo quasi ultimo consistere naturam atque id esse summum bonum: quod certe uniuersum sua sponte ipsum expeti & propter se necesse est: quoniam ante demonstratum est: etiam singulas eius partes esse per se expetendas. In enumerandis autem corporis commodis si quis praetermissam a nobis uoluptatem putabit: in aliud tempus quaestio differatur. Vtrum enim sit uoluptas in his rebus quas primas secundum naturam esse diximus nec ne sit: ad id quod agimus: nihil interest. Si enim ut mihi quidem uidetur: non explet bona naturae

uoluptas iure pretermiffa est. fin est in ea quod quiddam  
uolunt: nihil impedit hanc nostram comprehensioem  
summi boni. Quæ enim constituta sunt prima nature: ad  
ea si uoluptas accesserit: unum aliquod accesserit commo-  
dum corporis: neque eam constitutionem summi boni que  
est proposita mutauerit. Et ad huc quidem ita nobis pro-  
gressa ratio est: ut ea duceretur? omnis a prima commen-  
datione nature. Nunc autem aliud iam argumentandi se-  
quamus genus: ut non solum quia nos diligamus: sed quia  
cuiusque partis nature: & in corpore & animo sua quæ-  
que uis est: ideo in his rebus summa nostra sponte mo-  
ueamur. Atque ut a corpore ordiar. uidesne ut si qua in  
membris praua aut debilitata: aut immutata sint aut in-  
imminuta: occultent homines: ut etiam contendant & la-  
borent si efficere possint: ut aut non appareat corporis ui-  
tium: aut quam minimum appareat multosque etiam dolo-  
res curationis causa perferant: ut si ipse usus membrorum  
non modo non maior uerum etiam minor futurus sit: eo-  
rum tamen species ad naturam reuertatur. Et enim quum  
omnes natura totos se expetendos putent: nec id ob  
aliã  
sed propter se ipsos: necesse est eius etiam partes propter  
se expeti: quod uniuersum propter se expectatur quid in  
motu & in statu corporis nihilne est: quod animaduertẽ-  
dum esse in ipsa natura iudicet? quæadmodum quis am-  
bulet: sedeat: qui ductus oris: qui uultus in quoque sit:  
nihilne est in his rebus quod dignum libero aut indi-  
gnum esse ducamus? Nonne odio dignos multos puta-  
mus: qui quodam motu aut statu uidentur nature legẽ  
& modum contempsisse? Et quoniam hæc deducuntur &  
corpore quid est cur non recte pulchritudo etiam ipsa p-  
pter se expetenda ducatur? Nam si prauitatem iminutio-  
nemque corporis propter se formæ dignitatem sequamur?  
Et si turpitudinem fugiamus in statu & motu corporis:  
quid est cur pulchritudinem non sequamur? atque etiam  
ualitudinem: uires: uacuitatem doloris non propter utilitatẽ

Solum sed etiam ipsas propter se expetemus? Quoniam enim natura suis omnibus expleri partibus uult: hunc statum corporis per seipsum expetit: qui est maxime e natura quæ tota perturbatur: si aut aegrum corpus est: aut dolet: aut caret uiribus. Videamus animi partes quarum est aspectus illustrior: quæ quo sunt excellentiores eo dant clariora indicia nature. Tantus est igitur innatus nobis cognitionis amor & scientiæ: ut nemo dubitare possit: quin ad eas res hominum natura nullo emolumento inuitata rapiatur. Videmus ne ut puerine uerberibus quidem a cōtemplandis rebus perquirendisque deterreantur: aut pulsati requirant: & aliquid scire se gaudeant: & aliis narare gestiant ut pompa ludis atque eiusmodi spectaculis teneantur: ob eamque rem aut famem: aut sitim perferant. Quid uero qui ingenuis studiis atque artibus delectantur: nōne uidemus eos nec ualitudinis nec rei familiaris habere rationem: omniaque perpeti ipsa: cognitione & scientia captos: & cum maximis curis & laboribus compensare eam quam ex dicēdo capiunt uoluptatem. Mihi quidem Homerus huiusmodi quiddam uidisse uidetur in his quæ de Sirenum cantibus finxit. Neque enim uocum suauitate uidentur aut nouitate quadam & uarietate cantandi reuocare eos solite qui præteruehebantur. sed quia multa se scire profitebantur ut homines ad earum saxadiscendi cupiditate ad hærescerent. Ita enim inuitant Vlyssē nā uerti ut quædam Homeri: sic istum ipsum locum. Odecus argolicum quin puppin flectis Vlysses: Auribus ut nostros possis agnoscere cantus? Nam nemo hæc unquam est transuectus cærule cursu: Quin prius astiterit uocum dulcedine captus. Post uaris auido saciatus pectore musis Doctior ad patrias lapsus peruenerit oras Nos graue certamen belli. clademque canemus: grecia quam troiae diuino numine uexit. Omniaque elatis regum uestigia terris. Vidit Homerus probari fabulam non posse: si cantiunculis tantus uir irretitus teneretur scientiam pollicentur: quam nō erat mirū sapiētiae cupido

patria cariorē. Atque omnia quidē scire cuiuscūq; modi  
sine cupere curiosorum est duci uero maiorum rerum cō  
tēplatione ad cupiditatem scientiae sūmorū uirorū est  
putandum. Quem enī ardorem studii censetis fuisse in  
Archimede: qui dum impuluerit quaedā describit attētus  
ne patriam quidem captam esse senserit? Quantum Ari  
stoxeni ingenium cōsumptū uidemus in musicis? Quo  
studio Aristophanem putamus ætatem litteris duxisse?  
Quid de Pythagora Quid de Platone: aut democrito  
loquar? a quibus propter discendi cupiditatem uidemus  
ultimas terras esse peragratas? quæ qui non uident nihil  
ūnquam magna cognitione dignū amauerunt. Atq; hoc  
loco qui propter animi uoluptates coli dicunt ea studia  
quæ dixi: non intelligunt iccirco esse ea propter se expetē  
da: q; nulla utilitate obiecta delectentur animi: atque ipsa  
scientia etiā si incommoda datura sit: gaudeant. Sed qd  
attinet de rebus tam apertis plura requirere? Ipsi enim  
quæramus a nobis stellarum motus contemplationesq;  
rerum cælestium: eorumq; omnium quæ naturæ obscuri  
tate occultātur cognitiones quæ admodū nos moueant: &  
quid historia delectet: quā solemus per se qui usq; ad ex  
tremum prætermissa repetimus: inchoata persequimur.  
Nec uero sū inscius esse utilitatē in historia: nonmō uolu  
ptatē: Quid? quum fictas tabulas e quibus utilitas nulla  
duci pōt: cum uoluptate legimus? Quid quū uolumus  
nomina eorum qui quid gesserint nota nobis esse paren  
tes: patriam multa præterea minime necessaria? Quid?  
q; homines infima fortuna nulla spe rerum gerendarū:  
opifices deniq; delectantur historia maximeque eos uide  
re possumus res gestas audire: & legere uelle: qui a spe ge  
rendi absunt confecti senectute? Quo circa intelligi neces  
se est in ipsis rebus quæ discuntur & cognoscuntur inuita  
menta inesse: quibus ad discendum cognoscēdūq; mouea  
mur. Ac ueteres quidem philosophi in beatorū qdē isulis  
fingunt qualis natura sit uita sapiētū: quos cura omni li  
beratos nullum necessarium uitæ cultum aut paratū req

rentes nihil aliud esse acturos putant nisi omne tempus i  
quaerendo ac discendo in nature cognitione consumant  
Nos autem non solum beatæ uitæ istam oblectationem  
uidemus: sed etiam leuamentum miseriarum. Itaq; mul  
ti cū in potestate essent hostium tyrannorum: multi in  
custodia: multi in exilio dolorem suum doctrine studiis  
leuauerunt. Princeps huius ciuitatis Phalereus Demetrius  
cum patria pulsus esset iniuria at Ptolemeum se regem  
Alexandriam contulit: qui cum in hac ipsa philosophia  
ad quam te hortamur excelleret: Theophrastique esset au  
ditor multa præclara in illo calamitoso ocio scribit non  
ad usum aliquem suum quo erat orbatus sed animi: cul  
tus: ille erat ei quasi humanitatis cibus. Equidem e. CN.  
Aufidio pretorio erudito homine oculis capto sæpe au  
diebam: cum se lucis magis q̄ utilitatis desiderio moue  
ri diceret. Somnum deniq; nobis nisi quietem corpo  
ris: & medicinam quandā laboris afferret contra naturā  
putaremus datum. Aufert enim sensus actionemq; tol  
lit omnem. Itaq; si aut quietem natura nō quæret: aut  
eam posset alia quadam ratione consequi facile patere  
mur qui etiam uunc agendi aliquid discendiq; causa p  
pe contra naturam uigilias suscipere soleamus. Sunt aut  
& clariora uel plane perspicua nec dubitanda indicia na  
turæ maxime scilicet in homine: sed in omni animali ut  
appetat auimus aliquid agere semper: neque ulla conditio  
ne quietem sempiternam possit pati: facile est hoc cernere  
in primis puerorum erat uilis quāq; enim uereor ne nimi  
us in hoc genere uideat: tamen omnes ueteres philoso  
phi maxime nostri ad incunabula accedunt: quod i pue  
ritia facillime se arbitrētur naturæ uoluptatem posse co  
gnoscere. Videm⁹ igitur ut cōquiescere ne infātes qdē pos  
sint quum uero paulū pcesserint: lusionibus uel laborio  
sis delectātur. ut ne uerberibus qdē deterreri possint eaque  
cupiditas agēdi aliqd̄ adolescit una cū ætatib⁹: itaq; si io  
cūdisimis nos somnis usuros putem⁹. Endymionis som  
num nobis nolimus dari: idque si accidat: mortis instar

putemus. Quin etiam inertissimos homines nescio qua  
singulari segnitiae praeditos uidemus tamen & animo &  
corpore moueri semper & cum re nulla impediuntur ne  
cessaria: aut alueolum poscere aut quaerere quempiam lu  
dum aut sermonem aliquem requirere. Quumq; nō ha  
beant ingenias ex doctrina oblectationes circulos aliquos  
& semicirculos consecretari. Nec bestiae quidem: quas dele  
ctionis causa concludimus quum copiosus alantur: q̄ si  
essent libere: facile patiuntur sese contineri: motusq; solu  
tos & uagos a natura sibi tributos requiruntur. Itaque  
ut quisq; optime natus institutusque est esse omnino no  
lit in uita: si gerendis negociis orbatus possit paratissimis  
uesci uoluptatibus nam autem priuatim aliquid gerere  
malunt: aut qui altiore animo sunt capessunt rē publicā  
honoribus imperisque adipiscendis: aut totos se ad stu  
dia doctrinae conferunt: qua in uita tantum abest: ut uo  
luptates consecretentur. ut etiam curas: sollicitudines: uigili  
as perferunt optimaq; parte hominis quae in nobis diui  
na ducenda est: ingenii & mentis acie fruuntur nec uolup  
tatem requirunt. nec fugiente laborem. Nec uero inter  
mittunt aut admirationem earum rerum quae sunt ab  
antiquis reperte aut inuestigationem nouarum: quo stu  
dio cū faciat nō possunt omnium coeterarū rerū obliui  
nihil abiectū nihil humile cogitant: tantaq; est uis talib9  
studiis: ut eos etiā qui sibi alios p̄posuerunt fines bonoz  
quos utile aut uoluptate dirigunt tñ in rebus quærendis  
explicandisq; naturis ætates contere uideamus. Ergo hoc  
quidem apparet nos ad agendum esse natos. Actionum  
autem genera plura ut obscurerentur etiam minora maiori  
bus. Maxima autem sunt: primum ut mihi quidem uide  
tur: & his quorum nunc in ratione uersamur: considera  
tio cognitione rerum celestium & earum quas a natura oc  
cultas & latentes indagare ratio pōt. Deinde rerū. pu. ad  
ministratio: aut administrandi sciēdi quæ prudēs rēpata fortis  
& iusta rō iliqueque uirtutes & actōes uirtutib9 cogruen  
tes quæ uno uer)

bo complexi omnia honesta dicimus. Ad quorum etiam cognitionem & usum iam corroborati natura ipsa praevēte deducimur. Omnium enim rerum principia parva sunt: sed suis progressionibus usque augentur: nec sine causa. In primo enim ortu inest temeritas & mollicies quaedam ut nec res videre optimas nec agere possint. Virtus enim beatæque vitæ quæ duo maxime expetenda sunt: serius lumen apparet multo etiam serius ut plane qualia sint intelligantur. Præclare enim Plato beatum cui etiam in senectute contigerit ut sapientiam verasque opiniones assequi possit. Quare quoniam de primis naturæ commodis satis dictum est: nunc de maioribus consequentibusque videamus. Natura igitur corpus quidem hominis sic & genuit & formavit: ut alia in primo ortu perficeret: alia progrediente ætate fingeret: neque sane multum adiumentis externis & adventitiis uteretur. Animum autem reliquis rebus ita perfecit ut corpus. Sensibus enim ornavit ad res percipiendas idoneis: ut nihil: aut non multum adiumento ullo ad suam conformationem indigeret. Quod autem in homine prestantissimum atque optimum est: id deseruit: & si dedit talem mentem quæ omnem virtutem iam accipere posset: ingenuitque sine doctrina notitias parvas rerum maximarum: & quasi instituit docere: & induxit in ea: quæ inerant tanquam elementa virtutis: sed virtutem ipsam inchoavit. Nihil ita amplius nostrum est quod nostrum dico artis est ad ea principia quæ accepimus consequentia exquirere: quoad sit id quod volumus effectum quod quidem pluris sit haud paulo: magisque ipsum propter se expetendum: quam aut sensus aut corporis ea quæ diximus: quibus tantum præstat mentis excellens: perfectio: ut vix cogitari possit quid intersit. Itaque omnis honor: omnis admiratio: omne studium ad virtutem & ad eas actiones quæ virtuti sunt consentaneæ: refertur eaque omnia: quæ aut ita in animis sunt: aut ita geruntur uno nomine honesta dicuntur: quorum omnium quæque sint notitiæ: quæque significantur rebus vocabulis: quæque

cuiusque uis & natura sit: mox uidebimus. Hoc autem lo-  
co tantum explicemus hæc honesta quæ dico: præter quã  
q̄ nosmetipsos diligamus: præterea suapte natura perse eẽ  
expetenda indicant pueri: in quibus ut in speculis natu-  
ra cernitur. Quãta studia decertatiũ sunt: quãta ipsa certa-  
mina: ut illi efferuntur lætitia quũ uicerint: ut pudet ui-  
ctos: ut se accusari nolunt: quã cupiunt laudari quos illi  
labores non perferunt ut æqualiũ principes sint: quæ me-  
moriam est in his bene merentium: quæ referendæ gratiæ  
cupiditas: Atque ea in optima quaq; indole maxime ap-  
parent in qua hæc honesta quæ intelligimus a natura tã  
quã adumbrantur. sed hæc in pueris expressa. In his uero  
ætatibus quæ iam confirmate sunt: quis est tam dissimi-  
lis homini q̄ non moueatur & offensione turpitudinis &  
cõprobatiõis honestatis: Quis est qui non oderit libidino-  
sã proteruã adolescentiam: quis contra i illa ætate pudor-  
em cõstantiã & si sua nihil intersit: no tñ diligãt: quis Pu-  
lum Numitorẽ fregellanum proditorẽ quãq; rei. p. nostre  
p̄fuit no odit: Quis urbis cõseruatorẽ Codrũ q̄s Ericthei  
filias non maxime laudat: cur Tubuli nomen odio nõ e  
Quis Aristidem. nõ mortuum diligit: An obliuiscimur  
quantopere in audiẽdo legendoq; moueamur quum pie-  
quum amice: quum magno animo aliquid factũ cogno-  
scimus: Quid loquar de nobis: qui ad laudẽ & ad decus  
nati: suscepti: instituti sumus: Qui clamores uulgi atq;  
imperatorum excitantur in theatris: quum illa dicuntur  
Ego sum Orestes: contraq; ab altero Immo enim uero ego  
sum inquam Orestes Quum autem exitus ab utroque  
datur conturbatio errantiq; Regi ambos ergo unã uiuere  
precamur: quotiens hoc agitur & quando ue nisi admira-  
tionibus maximis: Nemo est igitur qui non hanc affecti-  
onem animi probe atq; laudet: qua non modo utilitas  
nulla quæritur: sed contra utilitatem etiam conseruatur fi-  
des. Talibus exemplis non ficte solum faburæ uerum &  
historiæ refert sunt: & quidem maxime nostræ Nos enĩ  
ad sacra Idæa accipienda optimum uirum deligim⁹ nos



tutores missimus Regibus nostri Imperatores ꝑ salute patriae sua capita uouerunt nostri consules Regem inimicissimum moenibus iam appropinquantem monuerunt a ueneno ut caueret. Nostra in republica lucretia & quae per uim oblatum stuprum uoluntaria morte lucret inuenta est: & qui interficeret filiam ne stupraretur. Quae quidem oīa & innumerabilia praeterea quis ē qui non intelligat & eos qui fecerint dignitatis splendore ductos imemores fuisse utilitatum suarum: nosque quum ea laudemus nulla alia re nisi honestate duci. Quibus rebus ex politis breuiter (nec enim sum copiam: quam potui quia in re nulla erat persecutus) sed his rebus concluditur profecto & uirtutes omnes: & honestum illud: quod ex his uirtutibus exoritur: & in his haerere esse perse expetendum. In omni autē honesto de quo loquimur nihil est tā illustre: nec quod latius pateat: q̄ coniuñctio inter homines hominum & quasi quaedam societas & cōmunicatio utilitatum: & ipsa caritas generis humani: quae nata a primo latu quo a procreatoribus nati diliguntur: & tota domus coniugio & stirpe coniungitur: serpit sensim foras cognationibus primū: tū affinitatibus: deinde amiciciis: post in ciuitatibus cū ciuibus: & his qui publice socii atq; amici sunt deinde totius complexu gentis humanae: quae animi affectio sū cuiq; tribuens: atq; habens quā dico societate coniuñctionis humanae iustice & æque tuens iustitia dicitur: cui sunt adiuncte pietas: bonitas: liberalitas: benignitas: comitas: quæque sunt generis eiusdē. Atq; haec ita iustitiae propria sunt: ut sint uirtutum reliquarum cōmuniā. Nam cum sic hominis natura generata sit: ut habeat quiddam innatum quasi ciuile atq; populare: quod graeci πολιτικόν uocāt: quicquid aget quæque uirtus: id a comitate & ea quam exposui: caritate atq; societate humana nō abhorrebit: uicissimq; iustitia: ut ipsa se fundet usu in ceteras uirtutes: sic illas expectet. Seruari enim iustitia nisi a forti uiro: nisi a sapiente non potest. Qualis est igitur omnis hæc quam dico conspiratio cōsensus quæ uirtutū:

tale est illud ipsum honestum: quando quidem honestū  
aut ipsa uirtus est: aut res gesta uirtute. Quibus in re  
bus uita consentiens uirtutibusq; respondens recta & ho  
nesta & constans & naturæ congruens existimari potest  
Atq; hæc coniunctio confusioque uirtutum tamen aphilo  
sophis ratione quadam distinguitur. Nam cum ita copu  
latae connexaeque sunt ut omnes omnium participes sūt  
nec alia ab alia possit separari: tamen proprium suum cu  
iusque munus est: ut fortitudo in laboribus periculisque  
cernatur: temperantia in praetermittendis uoluptatibus  
prudencia in delectu bonorum & malorum: iustitia ī suo  
cuique tribuendo. Quando igitur in est in omni uir  
tute cura quaedam quasi foras spectans aliosq; appetens:  
atque complectens: existit illud: ut amici ut fratres: ut pro  
piuquis: ut affines: ut ciues: ut omnes deniq; quando unā  
societatem hominum esse uolumus propter se expetendi  
sunt atque eorum nihil est eius generis: ut sit in fine atque  
in extremo bonorum. Ita fit ut duo genera propter se ex  
petendorum reperiantur: unum quod est in his quibus  
completur illud extremum que sunt aut animi aut corpo  
ris. Hæc autem quæ sunt extrinsecus id est quæ neq; in  
animis sunt neq; in corpore: ut amici: ut parentes: ut libe  
ri: ut propinqui: ut ipsa patria sunt illa quidem sua sponte  
cara: sed eodem ingenere quo illa non sunt. Nec uero quā  
summū bonū assequi inquam posset: si omnia illa quæ  
sunt extra quāquam exaetenda summo bono contineren  
tur. Quomodo igitur inquires uerum esse poterit oīa re  
ferri ad summum bonum si amicitiae: si propiuitates si  
reliqua externa summo bono non continerentur. Hac  
uidelicet ratōe q; ea quæ externa sūt: his tuemur officiis:  
quæ oriuntur a suo cuiusq; genere uirtutis. Nam & ami  
ci cultus: & parentis: & q; officio sūgitur ī eo ipso prodest  
q; ita fungi officio ī recte factis est: quæ sunt orta uirtuti  
bus quæ quidē sapientes utētes sequuntur tāquam duce  
natura. Non perfecti autem homines: & tamen ingeniis  
excelentibus praedicti excitantur spe gloriae: quæ habet

formam honestatis: & similitudinem. Quod si ipsam  
honestatem undique perfectam & absolutam rem unam  
preclarissimam omnium maximeque laudandam penitus  
uiderent: quoniam gaudeo complerentur: quum tantope  
eius adumbrata opinione letentur? Quem enim dedi-  
tum uoluptatibus: cupiditatem in cendis inflammatum in  
his potiendis quæ acerrime corripuisset tanta laetitia Per-  
fundi arbitramur: quanta aut superiorem Africanum  
Annibale uicto: aut posteriorem Carthagine euerfa. Quæ  
Tiberina decursio festo illo die tanto gaudio affecit quã  
to. L. Paulum eum regem Persen captum adduceret  
eodem flumine inuento? Age nunc luci noster: extrue  
animo altitudinem: excellentiamque uirtutum? iam non  
dubitabis earum quoniam cum potes homine magno animo ere-  
cto quo uiuentes semper sint beati: qui omnes motus for-  
tunæ mutationesque rerum & temporum leues & imbe-  
cilles fore intelligant: si in uirtutis certamen uenerit. Illa  
enim quæ sunt a nobis bona corporis numerata: com-  
plent ea quidem beatissimam uitam sed ita ut sine illis  
possit beata uita existere. Ita enim paruæ & exiguæ sunt  
iste accensiones bonorum ut quemadmodum stelle in  
radio solis: sic iste in uirtutem splendore ne cernatur qui-  
dem. Atque hec ut uere dicitur parua esse ad beate uiuen-  
dum momenta ista corporis commodorum: sic nimis ui-  
olentum est nulla esse diceres. Qui enim sic disputant  
obliti mihi uidentur: quæ ipsi egerint principia naturæ  
Tribuendum igitur est his aliquid: dummodo quantum  
tribuendum sit intelligas. Est tamen philosophi: non rã  
gloriosi: quã uera querentis. nec pro nihilo putari ea quæ  
secundum naturam: illi ipsi gloriosi esse fatebantur & ui-  
dere tantam uim uirtutis: tantamque ut ita dicam auctori-  
tatem honestatis: ut reliqua non illa quidem nullas sed  
ita parua sint ut nulla esse uideantur. Hoc est non om-  
nia spernentis præter uirtutem & uirtutem ipsam suis lau-  
dibus amplificantis. Oratio denique hæc est uerdigne com-  
pleta & perfecta explicatio summi boni. Hinc ceteri periculas

arripere conati suam quisque uideri uoluit afferre sententiam.  
Sæpe ab Aristotele: a Theophrasto mirabiliter est laudata  
pro se ipsa rerum scientia. Hoc uno captus Herillus scien-  
tiam summum bonum esse defendit: nec rem ullam aliam  
per se expetendam. Multa sunt dicta ab antiquis de con-  
temnendis ac despiciendis rebus humanis hoc unum  
Aristo tenuit: præter uitia atque uirtutes negauit: rem esse  
ullam aut fugiendam aut expetendam. Politum est a no-  
stris in his esse rebus quae secundum naturam essent non  
dolere. Hoc Hieronymus summum bonum esse dixit. At  
uero Calipho & post eum diodorus: quum alter uolupta-  
tem ad adamauisset: alter uacuitatem doloris: neuter hone-  
state carere potuit: quae est a nostris laudata maxime. Qui  
etiam ipsi uoluptarii diuerticula quaerant: & uirtutes ha-  
beant in ore totos dies: uoluptatemque primo dumtaxat  
expeti dicant: deinde consuetudine quasi alteram naturam  
effici: qua impulsus multa faciunt nullam quaerentes uolu-  
ptatem. Stoici restant hi quidem non unam aliquam aut  
alteram a nobis: sed totam ad se nostram philosophiam  
transtulerunt: atque ut reliqui fures earum rerum quas li-  
gna commutant: sic illi ut sententiis nostris pro suis ute-  
rentur nomina tanquam rerum notas mutauerunt: Ita relinquitur  
sola haec disciplina digna studiosis ingenuarum arti-  
um: digna eruditis: digna claris uiris: digna principibus:  
digna regibus. Quae quum dixisset paulumque institisset.  
quid est inquit satis ne uobis uideor pro meo iure in ue-  
stris auribus commentatus? Et ego tu uero inquam Pilo-  
ut saepe alias: sic hodie ista ita nosse uisus es ut si cui copia  
nobis semper fieret: non multum graecis supplicandum pu-  
tarem quod quidem eo probaui magis quam memini Staseam  
Neapolitanum doctorem illum tuum nobilem sane per-  
ipateticum aliquanto ista secus dicere solitum: assentientem  
his qui multum in fortuna secunda aut aduersa: multumque  
in bonis aut malis corporis ponerent. Est ut dicis inquit sed  
haec ab Antiocho nostro familiari dicuntur multo melius  
& fortius quam a Stasea dicebantur. quam ego uero quaero quid

tibi ame probatum sit. sed huic Ciceroni nostro: quē disci-  
pulum cupido ate abducere. Tum Lucius mihi uero ista  
ualde probata sunt: quod item fratri puto. Tum mihi Piso  
quid ergo inquit das ne adolescenti ueniam: an eum di-  
scere mauis ea quae quum preclaræ didicerit nihil seiat.  
Ego uero isti inquam permitto. sed nōne meministi mihi  
licere probare ista: quae sunt apte dicta? Quis enim po-  
test ea quae probabilia uideantur: ei non probare? An ue-  
ro inquam quisquam potest probare quod perceptum:  
quod cōpraehensum quod cognitum non habet? non ē  
ista inquit Piso magna dissensio. Nihil est enī aliud quā  
obrem nihil percipi mihi posse uideatur: nisi quod percipiē-  
di uis ita definitur a Stoicis: ut neget quicquā posse per-  
cipi: nisi tale uerum quale falsum esse nō possit. Itaque hec  
cum illis est dissensio: cū peripateticis nulla sane. sed hęc  
omittamus. habent enim & bene longam: & satis litigosa  
disputationem. Illud mihi a te nimium festinanter dictū  
uidetur sapientes omnes semper esse beatos: nescio quo  
mō preteruolauit oratio: quod nisi ita efficitur: quae The-  
ophrastus de fortuna de dolore de cruciatu corporis dixit  
cum quibus cōiūgi beatam uitā nullo mō posse putauit  
uero ne uera sint: Nam illud uæhementer repugnat eūdē  
esse beatum & multis malis oppressū. hęc quomodo con-  
ueniant non sane intelligo. Vtrum igitur tibi non placet  
inquit uirtutis tantam uim esse ut ad beate uiuendum se-  
ipsa contenta sit: an si id probas ita fieri posse: negastut ii-  
qui uirtutis compotes sint etiam malis quibusdam af-  
fecti beati sint? Ego uero uolo in uirtute uim esse quā  
maximam. sed quantam sit alias: nuuc tantum possit ne-  
esse tanta: si quicquam extra uirtutem habeatur in bonis.  
Atqui inquit se Stoicis concedis: ut uirtus sola si adfit ui-  
tam efficiat beatam: & concedis etiam peripateticis. Que  
enim mala illi non audent appellare: aspera autem & in-  
cōmoda & reicienda & aliena naturæ esse concedunt ea  
nos mala dicimus: sed exigua & porro minima. Quare si  
pōt esse beatus is qui ē in asperris reiciendisq; reb?: is pōt

quoque esse qui est in partibus malis. Et ego Piso inquam si  
est quisquam qui acute in causis uideri solet quæ res  
agatur is es profecto tu. Quare attende quæso. nam ad  
huc meo fortasse uitio quid ego queram; non perspicias.  
Istic sum inquit expectoque quid ad id quod quæram re-  
spondeas Respondebo me non querere inquam hoc tem-  
pore; quid uirtus efficere; possit sed quid constanter dicat  
quid ipsum a se dissentiat. Quo igitur inquit modo?  
Quia quum a Zenone inquam hoc manifeste tamquam  
ex oraculo editur Virtus ad beate uiuendum se ipsa contē-  
ta est Quare inquit respondet; Quia nisi quod honestū  
est nullum est aliud bonum. non quero iam uerumne sit  
illud; dico ea quæ dicat præclare inter se coherere. Dixit  
hoc quidem Epicurus semper beatum esse sapientem;  
qui quidem solet ebullire non nunquam quem quidem  
quum summis doloris conficiatur ait dicturum quod suaue  
est quod nihil curo. Non pugnem cum homine cur tantum  
habeat in natura boni; illud urgeam non in telligere eum  
quid sibi dicendum sit; quum dolorem suum maximum ma-  
lum esse dixerit. Eadem nunc mea ad uersum te oratio est  
dicas eadem omnia & bona & mala; quæ quidem dicunt  
qui nunquam philosophum pictum ut dicitur uiderunt  
Valitudinem; uires; staturam; formam; integritatem; un-  
guiculorum omnium deformitatem; morbum; debilitatē;  
mala iam illa externa. parce tu quidem; sed hæc quum  
corporis bona sint; eorum conficientia certe in bonis nu-  
merabilis amicos; liberos; propinquos. diuitias; honores;  
opes. Contra hæc attende me nihil dicere. Si ista mala  
sunt; in quæ potest incidere sapiens; sapientem esse; non  
esse ad beate uiuendum satis. Immo uero inquit ad bea-  
tissime uiuendum parum est; ad beate uero satis. Animad-  
uerti inquam te isto modo pauloante ponere; scio ab An-  
tiocho nostro dici sic solet; Sed quid minus proban-  
dum quod esse aliquem beatum; nec satis beatum? Quod  
autē satis est eo quicquid accesserit nimium est; & nemo nimium  
beatus est; & nemo beato beatior. Ergo inquit tibi. Q.

Metellus qui tres filios consules uidit: quibus unum  
etiam & censorem & triumphantem: quartum autem pre-  
torem eosque saluos reliquit: & tres filias nuptas quum ipse  
consul: censor etiam augur. fuisset: triumphasset ut sapiens  
fuerit nonne beator: quam ut item sapiens fuerit qui in pote-  
state hostium uigiliis & inedia necatus est Regulus? Quid  
me istud rogas inquam Stoicos roga. Quid igitur eos  
responsuros putas? nihilo beatiorem esse Metellum quam  
Regulum. Inde igitur inquit audiendum est. Tamen a  
proposito inquam aberauimus. non enim inquam que-  
ro quid uerum: sed quid cuique dicendum sit? Utinam  
quidem: dicerent alium alio beatiorem. iam ruinas uide-  
res. In uirtute enim sola & in ipso honesto quum sit  
bonum positum: quumque nec uirtus ut placet illis: nec ho-  
nestum crescat id que solum bonum sit: quo qui potest  
esse necesse est beatus sit: quum id augeri non possit: quo po-  
situm est beatum esse: qui potest esse quisquam alio beator:  
Videsne haec conueniant Et Hercule (fatendum est enim  
quod sentio) mirabilis est apud illos contextus rerum re-  
spondent extrema primus media utriusque omnia omnibus  
quid sequatur: quid repugnet uident. In geometria prius  
si dederis: data sunt omnia. Contra concede nihil esse bonum  
nisi quod honestum sit concedendum est in uirtute posi-  
tum esse beatam uitam. Vide rursus retro dato hoc dandum  
erit illud: quod uestri non item tria genera bonorum: pro-  
clius currit oratio uenit ad extremum haeret in salebra. Cu-  
pit enim dicere nihil posse ad beatam uitam deesse sapien-  
ti Honesta oratio Socratica. Platonis etiam Audeo dicere  
inquit non potest nisi retexeris illa Paupertas si malum  
est: medicus beatus esse nemo potest quauis sit sapiens  
At Zeno eum non beatum modo sed etiam: diuitem di-  
cere ausus est dolor est malum in cruce qui angitur beatus esse non  
potest bonum liberum: misera orbitas. bonum patria: miserum exi-  
lium: bonum ualitudo: miserum morbus: bonum integri-  
tas corporis: misera debilitas bonum incolumis acies: mi-  
sera caecitas. Quae si potest singula consolando leuare:  
uniuersa quomodo sustinebit? Sit enim idem. caecus de

bilis: morbo grauiſſimo affectus exul: orbis aegens: tor-  
queatur eculeo: quem hūc appellas Zeno: beatū inq̄ eti-  
am beatiffimum q̄ppe inq̄t quum tā docuerim gradus  
iſtam rem nō habere: quā uirtutem in q̄ ſit etiam ipſum  
beatum tibi hoc incredibile: q̄a beatiffimum qd tuum cre-  
dibile: Si enim ad populum me uocas: eū q̄ ita ſit affect⁹  
beatum nunq̄ probaris ſi ad prudentes alterum dubita-  
bunt fortaffe: ſit ne tantum in uirtute: ut ea p̄aediti uel i  
phalaridis tauro beati ſint: alterum non dubitabunt q̄  
& Stoici conueniētia ſibi dicant: & uos repugnātia Theo-  
phraſti igitur inq̄t tibi liber ille placet de beata uita tamē  
aperiamus a propoſito: & ne longius proſus in q̄ Piſo ſi  
iſta mala ſunt placet. Non ne igitur tibi uidētur inq̄t ma-  
la? Id quaeres iq̄ in quo: utrum reſpondeō uerſes te huc  
atq̄ illuc neceſſe eſt Quo tādē mō iq̄t: q̄a ſi mala ſūt is q̄  
erit i his beat⁹ nō. erit ſi mala nō ſūt iacet oīs rō p̄ipateti-  
corū Et ille ridēs uido iq̄t qd agas ne diſcipulū abducā ti-  
mes. Tu uero iq̄ ducas: licet ſi ſequatur erit enim mecum  
ſi tecum erit. Audi igitur inquit Luci tecum enim ut ait  
Theophrast⁹ mihi iſtituenda oratio ē. Omnis auctoritas  
philofophiæ conſiſtit in beata uita comparanda. Beate  
enim uiuendi: cupicitate incenſi omnes ſumus. hoc mihi  
cum tuo frate conuenit. Quare hoc uiuendum eſt: poſſit  
ne nobis hoc ratio philofophorum dare? pollicetur certe  
Niſi enim id. faceret cur Plato ægyptum peragauit: ut a ſa-  
cerdotibus barbaris numeros exceleſtia aciperet? cur poſt  
Tarentum ad Architam? cur ad reliquos Pythagoreos:  
Ecchratem: Timæum Actionem: Lucros: ut quum Socra-  
tem expreſſiſſet: adiungeret pythagoreorum diſciplinam  
ea q̄ quæ Socrates repudiabat addiſceret? Cur ipſe Pytha-  
goras & ægyptum iuſtauit? & Perſarum Magos adiit. Cur  
tantas regiones barbarorum pedibus obiit? tot maria trāſ-  
miſit? Cur hec eadem Democritus? qui uere falſone quæ-  
reremus. dicitur oculis ſe priuaſſe? certe ut q̄ minime  
animus a cogitationibus abducēretur: patrimonium ne



fatis magno estimanda sint. Haec igitur quum ego tot  
nominibus appellata partim nouis & commentitiis ut  
ista producta & reducta: partim idem significantibus:  
(Quid enim interest expectas an eligas?) mihi quidem  
etiam lautius uidetur: quod eligitur: & ad quod delectus  
adhibetur. Sed quum ego ista omnia bona dixerō: tantū  
refert: quā magna dicam: quā expetenda quā ualde sin autem nec  
expetenda ego: magis quā tu eligenda nec illa ego pluris  
aestimāda qui bona: quā tu qui producta appellas. Omnia ista  
neceffe est obscurari nec apparere & in uirtutes tanquā in so-  
lis radios incurrere. At enim qua in uita est aliquid mali  
ea beata esse non potest. Ne leges quidem igitur spicis  
uberibus & crebris si auenam uispiam uideris: nec merca-  
tura quaestuosa si in maximis lucris parum aliquid: dam-  
ni contraxerit. An uero usquequaque aliter in uita & non  
ex maxima parte de tota iudicabis? An dubium est quin  
uirtus ita maximam partem obtineat in rebus humanis  
ut reliquas obruat? Audebo igitur quae secundum naturā  
sint bona appellare: potius nec fraudare suo ueteri nomi-  
ne: quā aliquid nouum exquirere. Virtutis autem amplitu-  
dinem quasi in altera librae lance ponere. Terram mihi  
crede ea lanx & maria deprimet. Semper enim ex eo quod  
maximas partes continet latissimeque funditur: tota res  
appellatur. Dicimus aliquem hilare uiuere: igitur si semel  
tristior effectus est: hilara uita amissa est. An haec in eo. M.  
Crasso: quem semel ait in uita risisse Lucilius non contin-  
gitur ea re minus agilastus: ut ait idem uocaretur? Policra-  
tem samium felicem appellant nihil acciderant ei quod  
nollet: nisi quod annulum quo delectabatur in mari abie-  
cerat. Ergo in felix una molestia: felix rursus quum is ip-  
se annulus in praecordiis pisis inuentus est. Ille uero si in  
sapiens quod certe: quoniam tyrānū nūquā beatus si sapiēs. Ne

eum quidem miser: quū ab Oronte praetore Dani in crucē  
actus est: At multis malis affectus: quis negat? sed ea ma  
la uirtutis magnitudine obruebantur. An ne hoc quidē  
peripateticis concedi: ut dicant omnium uirorū bonorū  
id est sapientium oībusq; uirtutibus ornatorum uitā om  
nibus partibus plus habere semper boni q̄ mali: quis hoc  
dicitur? Stoicis licet? minime. sed isti ipsi qui uoluptate  
& dolore oīa metiuntur: nōne clamant sapienti plus sem  
per ad esse quod uelit. q̄ qd̄ nolit? Quum tantum igit  
in uirtute ponant ii qui se fatentur uirtutis causa nili ea  
uoluptatem acciret ne manum quidem uersuros fuisset  
quid facere nos oportet qui quāuis minimā animi pra  
stantiam. oībus bonis corporis ante ire dicamus: ut ea ne  
in conspectu quidem relinquuntur? Quis enim ē qui  
hec cadere in sapientem dicere audeat: ut si fieri possit uir  
tutem in perpetuum abiiciat: ut dolore oī libere? Quis  
nostrū diceret quos non pudet ea quae Stoici aspera di  
cunt: mala dicere melius esse turpiter aliquit facere cū uo  
luptate: q̄ honeste cū dolore? Nobis Heracleotes ille Dioi  
sius descuisse uidetur a Stoicis propter oculorum dolorē  
Quis uero hoc didicisset a Zenone non dolore cū doler  
ret? Illud audierat nec tamen didicerat: Malum illud nō  
esse quia turpe non esset & esset ferendum uiro. Hic si peri  
pateticus fuisset: permansisset credo sententia: quoniam do  
lorem dicunt malum esse. De asperitate autem eius fortit  
ferenda praecipunt eadem: quae Stoici. Et quidem Arceli  
las tuus & si fuit in differendo pertinacior: tamen noster  
fuit. Erat enim Polæmonis is quum arderet podagrae do  
loribus: uisitassetq; hominem Carneades Epicuri per fa  
miliaris & tristis exiret: mane quaeso inquit Carneade no  
ster nihil illinc huc peruenit ostendit pedes & pectus: at  
tamen hic mallet non dolere. Haec igitur est nostra ratio  
quae tibi uidetur inconstans: quum propter uirtutis cae  
lestem quandam & diuinam tantamq; praestantiam ut  
ubi uirtus sit: resq; magnae sumendae laudabilesq; uirtute  
gestae: tibi esse miseria & aerumna non possit tamen labor

possit & molestia: non dubitem dicere omnes sapientes  
semper beatos esse: sed tamen fieri posse: ut sit alius alio be  
atior. At qui iste locus est Piso tibi & atque & confirmad  
inquã: quẽ si tenueris: nõ modo meum Cicetonẽ: sed etiã  
me ipsũ abducas: licebit. Tum Quintus mihi quidẽ in  
quit satis hoc confirmatum uidetur. Lætor quidem philo  
sophiã: cuius antea suppellectilem pluris æstimabã q̃ pos  
sessiones reliquorum: ita mihi diues uidebatur: ut ab ea  
petere possem quicquid in studiis nostris cõcupissẽ. Hanc  
igitur lætor & acutiorẽ repertã q̃ cœteras. quod quidam  
ei deesse dicebant. Nunquã nostram quidẽ Põponius in  
quit iocãs: sed me hercule pergrata mihi oratio tua. Quæ  
enim dici latine posse nõ arbitrabar: ea dicta sũt: a te: nec  
minus plane q̃ dicuntur a graecis uerbis aptis. Sed tem  
pus est si uidetur & recta quidem ad me. Quod quum il  
le dixisset & satis disputatum uideretur in opidum ad  
Pomponium perreximus omnes.

.M. Tullii Ciceronis De finibus bonorum & malorum  
liber quintus desinit.

De finibus bonorum & malorum opus finis cũ magna  
diligentia Impressum per Philippum condampetri ue  
netiis regnante Iohanne Mozenico inclito duce:  
.M. CCCC. LXXX. die. VI. Nouenbris.

